
ENCHIRIDION INDULGENTIARUM

PRECES ET PIA OPERA



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMLII

ENCHIRIDION INDULGENTIARUM

PRECES ET PIA OPERA


IN FAVOREM OMNIUM CHRISTIFIDELIUM

VEL

QUORUMDAM COETUUM PERSONARUM

INDULGENTIIS DITATA

ET OPPORTUNE RECOGNITA



EDITIO ALTERA

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMLII

N. 538/52

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

OFFICIUM DE INDULGENTIIS

DECRETUM

Quandoquidem volumen, quod « Enchiridion Indulgentiarum » inscribitur et quod Anno Sacro MCML editum fuit, iam amplius non prostat, haec Sacra Paenitentiaria Apostolica illud iterum typis imprimere statuit, eo quidem consilio ut opus tam utile ac salutare in Episcoporum, Sacerdotum ac christifidelium manus venire queat. Antequam tamen hoc propositum ad effectum deduceretur, opportunum visum est rem omnem diligenter recognoscere, nonnulla immutare, pauca vero adicere.

Normae autem, quibus hoc Enchiridion compositum est et in praesentem formam redactum, eaedem sunt, idemque propositum; ut nempe authenticum habeatur opus, quod Pontificias omnes hac in re largitiones in unum volumen colligat, quod quidem communi pietati modo tuto respondeat.

Quapropter hoc volumen preces complectitur ac pia opera, quae usque ad praesentem diem a Summis Pontificibus fuere indulgentiis ditata, quae adhuc vigent; tum ea videlicet, quae in

favorem omnium christifidelium, tum ea etiam, quae in favorem quorumdam coetuum personarum spiritualibus hisce muneribus insignita fuerunt, obrogatis ceteris omnibus generalibus indulgentiarum concessionibus, quae in hoc enchiridion non sint relatae.

Fore igitur sperandum est ut hoc opus uberes afferat spiritualis utilitatis fructus, utque ad sinceram ac solidam pietatem refovendam summopere conferat.

Ut autem omnino necessarium erat, res tota Augusti Pontificis Pii XII iudicio subiecta fuit, qui quidem in audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 1 martii vertentis anni concessa, hanc precum piorumque operum Collectionem, typis Vaticanis impressam, approbavit; et obrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in eamdem Collectionem non relatis, ipsam tantum ut authenticam haberi mandavit.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, ex eadem Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 3 martii 1952.

NICOLAUS Card. CANALI
Paenitentiarius Maior

S. LUZIO, *Regens.*

PRAENOTANDA

1. Haec Collectio complectitur indulgentias generales, a Summis Pontificibus pro toto orbe usque ad integrum mensem februarium a. 1952 concessas in favorem aut omnium christifidelium aut quorumdam christifidelium coetuum, pro quibus lucrandis non requiritur neque benedictio ab aliquo sacerdote regulari vel saeculari, facultate pollente, pietatis obiectis impertita, neque visitatio alicuius pii loci determinati, neque inscriptio alicui piae sodalitati.

Accedit autem Appendix de indulgentiis adnexis visitationi quorumdam Urbis piorum locorum.

2. Preces ac pia opera cum indulgentiis tempore et modo, uti supra, a Summis Pontificibus concessis, quae cum aliqua immutatione publicantur, non secundum veterem sed secundum novam concessionum formam indulgentiis potiuntur; ea vero, quae in hac Collectione non recensentur, indulgentias amittunt.

3. Preces publicantur in eadem lingua, in qua indulgentiis auctae sunt; ad versiones quod attinet standum canoni 394 § 2 C. I. C.

4. Conditiones, quae pro acquirendis plenariis indulgentiis, in hac Collectione contentis, plerumque praescribuntur, quaeque per notam clausulam « suetis conditionibus » designantur, sunt: confessio, communio, visitatio ecclesiae aut publici vel (pro legitime utentibus ad normam can. 929) semipublici oratorii et oratio ad mentem Summi Pontificis. In casibus vero, in quibus omnes recensitae conditiones non requiruntur, eae, quae necessariae sunt, singulatim in propriis locis adnotantur.

5. Quod ad modum servandi conditiones pro plenariis indulgentiis acquirendis requisitas et generatim quod ad normas pro indulgentiis lucrandis prae oculis habeantur cann. 925-936 C. I. C.

6. Indulgentiae adnexae piis exercitiis, quae pluribus actibus constant eodem die vel diebus temporibusque diversis explendis, uti sunt preces triduanae, novendiales, etc., solummodo positis omnibus actibus omnibusque expletis conditionibus acquiruntur, nisi aliter cautum sit; ex. g. quando dicitur « quolibet ex novem diebus, etc. » haec vel alia similis expressio ita intelligenda est, ut in uno vel pluribus ex iisdem

diebus, independenter ab aliis, indulgentia acquiri possit.

7. Pia exercitia tunc tantum *publice* peracta dicuntur, quum communiter in ecclesiis vel in publicis aut (pro legitime utentibus) semipublicis oratoriis habentur; ceteris in casibus *privatim* peracta intelliguntur.

8. Quotiescumque opportunum ducitur pia exercitia, in ecclesiis vel publicis aut (pro legitime utentibus) semipublicis oratoriis per mensem publice peracta, die festo absolvere, qui non sit postremus eiusdem mensis dies, idque vel ex eo quod christifidelibus facilius evadat ad sacram confessionem et ad sacram Synaxim sub fine pii exercitii accedere, vel ex alia iusta causa, tum idem exercitium incipere quovis die licet sive illius mensis, qui ex more celebratur, sive mensis antecedentis, ita tamen ut exercitium per triginta dierum spatium peragatur (S. Paenit. Ap., 10 martii 1941).

9. Collectio continet tantummodo indulgentiarum concessiones, quarum authentica documenta in Archivo S. Paenitentiariae asservantur.

10. Si quod dubium praesertim circa sensum concessionum vel acquirendarum indulgentiarum conditiones forte oboriatur, praeterquam ex regulis in hac materia generalibus, etiam ex hac Collectione erit dirimendum.

CANONES DE INDULGENTIIS
EX COD. I. C. EXCERPTI

ART. I - *De indulgentiarum concessione*

Can. 911. - Omnes magni faciant indulgentias seu remissionem coram Deo poenae temporalis debitae pro peccatis, ad culpam quod attinet iam deletis, quam ecclesiastica auctoritas ex thesauro Ecclesiae concedit pro vivis per modum absolutionis, pro defunctis per modum suffragii.

. . . .

Can. 917. - § 1. Die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, omnes Missae gaudent privilegio ac si essent ad altare privilegiatum celebratae.[1]

§ 2. Omnia altaria ecclesiae per eos dies quibus in ea peragitur supplicatio Quadraginta Horarum sunt privilegiata.

. . . .

Can. 919. - § 1. . . . .

§ 2. In edendis libris, libellis, etc., quibus concessiones indulgentiarum pro variis precibus aut piis operibus recensentur, servetur praescriptum can. 1388.[2]

---

[1] Eodem gaudent privilegio Missae omnes celebratae durante Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum octavario, pro anima tamen cui applicantur (S. Paen. Ap., 31 oct. 1934; *Acta Ap. Sed.*, vol. XXVI, pag. 606).

[2] Can. 1388. - § 1. Indulgentiarum libri omnes, summaria,

Can. 920. - Qui a Summo Pontifice impetraverint indulgentiarum concessiones pro omnibus fidelibus, obligatione tenentur, sub poena nullitatis gratiae obtentae, authentica exemplaria earundem concessionum ad Sacram Paenitentiariam deferendi.

Can. 921. - § 1. Indulgentia plenaria concessa pro festis Domini Nostri Iesu Christi vel pro festis Beatae Mariae Virginis, intelligitur concessa dumtaxat pro festis quae in calendario universali reperiuntur.

§ 2. Concessa indulgentia plenaria vel partialis pro festis Apostolorum, intelligitur concessa dumtaxat pro eorum festo natali.

§ 3. Indulgentia plenaria concessa ut *quotidiana perpetua* vel *ad tempus* visitantibus aliquam ecclesiam vel publicum oratorium ita intelligenda est ut quacunque die, sed semel tantum in anno, ab unoquoque fideli acquiri possit, nisi aliud in decreto expresse dicatur.

Can. 922. - Indulgentiae adnexae festis vel sacris supplicationibus vel precibus novendialibus, septenariis, triduanis, quae ante aut post festum vel etiam eius octavario perdurante peraguntur, translatae intelliguntur in eum diem, quo festa huiusmodi legitime transferantur, si festum translatum habeat officium cum Missa sine sollemnitate et externa celebratione ac translatio fiat in perpetuum, vel si transferatur sive ad tempus sive in perpetuum sollemnitas et externa celebratio.

Can. 923. - Ad lucrandam indulgentiam alicui diei

---

libelli, folia, etc., in quibus earum concessiones continentur, ne edantur sine licentia Ordinarii loci.

§ 2. Requiritur vero expressa licentia Sedis Apostolicae ut typis edere liceat, quovis idiomate, tum collectionem authenticam precum piorumque operum quibus Sedes Apostolica indulgentias adnexuit, tum elenchum indulgentiarum apostolicarum, tum summarium indulgentiarum vel antea collectum, sed numquam approbatum, vel nunc primum ex diversis concessionibus colligendum

affixam, si visitatio ecclesiae vel oratorii requiratur,[1] haec fieri potest a meridie diei praecedentis usque ad mediam noctem quae statutum diem claudit.

Can. 924. - § 1. . . . .

§ 2. Indulgentiae coronis aliisve rebus adnexae tunc tantum cessant, cum coronae aliaeve res prorsus desinant esse vel vendantur.

ART. II - *De indulgentiis acquirendis*

Can. 925. - § 1. Ut quis capax sit sibi lucrandi indulgentias, debet esse baptizatus, non excommunicatus, in statu gratiae saltem in fine operum praescriptorum, subditus concedentis.

§ 2. Ut vero subiectum capax eas revera lucretur, debet habere intentionem saltem generalem eas acquirendi et opera iniuncta implere statuto tempore ac debito modo secundum concessionis tenorem.

Can. 926. - Plenaria indulgentia ita concessa intelligitur ut si quis eam plenarie lucrari non possit, eam tamen partialiter lucretur pro dispositione quam habet.

. . . .

Can. 928. - § 1. Indulgentia plenaria, nisi aliud expresse cautum sit, acquiri potest semel tantum in die, etsi idem opus praescriptum pluries ponatur.

---

[1] Conditio « visitandi ecclesiam aut publicum vel (pro legitime utentibus) semipublicum oratorium » adimpletur per accessum ad ecclesiam vel ad oratorium saltem cum intentione quadam generali seu implicita honorandi Deum in se vel in Sanctis suis, aliqua adhibita prece, et quidem prece praescripta, si aliqua imposita fuit ab indulgentiae largitore, vel alia qualibet sive orali sive etiam mentali pro cuiusque pietate ac devotione (S. Paen. Ap., 20 sept. 1933; *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, pag. 446).

Quae pro ecclesiae vel oratorii visitatione requiruntur, etiam in visitatione alicuius sacrae imaginis vel altaris servanda sunt.

§ 2. Partialis indulgentia, nisi contrarium expresse notetur, saepius per diem, eodem opere repetito, potest lucrifieri.

Can. 929. - Fideles utriusque sexus qui, perfectionis studio vel institutionis seu educationis aut etiam valetudinis causa in domibus ecclesia vel publico sacello carentibus, de consensu Ordinariorum constitutis, vitam communem agunt, itemque personae omnes ad illis ministrandum ibidem commorantes, quoties ad lucrandas indulgentias praescribatur visitatio alicuius ecclesiae non determinatae, vel indeterminati alicuius publici oratorii, visitare queunt propriae domus sacellum in quo obligationi audiendi Sacrum iure satisfacere possunt, dummodo cetera opera iniuncta rite praestiterint.

Can. 930. - Nemo indulgentias acquirens potest eas aliis in vita degentibus applicare; animabus autem in purgatorio detentis indulgentiae omnes a Romano Pontifice concessae, nisi aliud constet, applicabiles sunt.

Can. 931. - § 1. Ad quaslibet indulgentias lucrandas confessio forte requisita peragi potest intra octo dies qui immediate praecedunt diem cui indulgentia fuit affixa; communio autem in pervigilio eiusdem diei; utraque vero etiam intra subsequentem totam octavam.

§ 2. Pariter ad lucrandas indulgentias pro piis exercitiis in triduum, hebdomadam, etc. ductis concessas, confessio et communio fieri etiam potest intra octavam quae immediate sequitur exercitium expletum.

§ 3. Christifideles qui solent, nisi legitime impediantur, saltem bis in mense ad poenitentiae sacramentum accedere, aut sanctam communionem in statu gratiae et cum recta piaque mente recipere quotidie, quamvis semel aut iterum per hebdomadam ab eadem abstineant, possunt omnes indulgentias consequi, etiam sine actuali confessione quae ceteroquin ad eas lucrandas necessaria foret,

exceptis indulgentiis sive iubilaei ordinarii et extraordinarii sive ad instar iubilaei.

Can. 932. - Opere, cui praestando quis lege aut praecepto obligatur, nequit indulgentia lucrifieri, nisi in eiusdem concessione aliud expresse dicatur; qui tamen praestat opus sibi in sacramentalem poenitentiam iniunctum et indulgentiis forte ditatum, potest simul et poenitentiae satisfacere et indulgentias lucrari.

Can 933. - Uni eidemque rei vel loco plures ex variis titulis adnecti possunt indulgentiae; sed uno eodemque opere, cui ex variis titulis indulgentiae adnexae sint, non possunt plures acquiri indulgentiae, nisi opus requisitum sit confessio vel communio, aut nisi aliud expresse cautum fuerit.

Can. 934. - § 1. Si ad lucrandas indulgentias oratio in genere ad mentem Summi Pontificis [1] praescribatur, mentalis tantum oratio non sufficit; oratio autem vocalis poterit arbitrio fidelium deligi, nisi peculiaris aliqua assignetur.

§ 2. Si peculiaris oratio assignata fuerit, indulgentiae acquiri possunt quocumque idiomate oratio recitetur, dummodo de fidelitate versionis constet ex declaratione vel Sacrae Paenitentiariae vel unius ex Ordinariis loci ubi

---

[1] *a*) Clausula « precandi ad mentem Summi Pontificis » plane adimpletur, adiiciendo ceteris operibus praescriptis recitationem ad eam mentem unius *Pater*, *Ave* et *Gloria*, relicta tamen libertate singulis fidelibus, ad normam can. 934 § 1, quamlibet aliam orationem recitandi iuxta uniuscuiusque pietatem et devotionem erga Romanum Pontificem (S. Paen. Ap., 20 sept. 1933; *Acta Ap. Sed.*, vol. XXV, pag. 446).

b) Ad indulgentias plenarias toties quoties lucrandas, pro quibus alicuius ecclesiae visitatio iniuncta est, oportet et sufficit saltem sex *Pater*, *Ave* et *Gloria* ad mentem Summi Pontificis in singulis visitationibus recitare (S. Paen. Ap., 5 iul. 1930; *Acta Ap. Sed.*, vol. XXII, pag. 363).

vulgaris est lingua in quam vertitur oratio; sed indulgentiae penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem vel interpolationem.[1]

§ 3. Ad indulgentiarum acquisitionem satis est orationem alternis cum socio recitare, aut mente eam prosequi, dum ab alio recitatur.[2]

Can. 935. - Pia opera ad lucrandas indulgentias iniuncta, confessarii possunt in alia commutare pro iis qui, legitimo detenti impedimento, eadem praestare nequeant.

Can. 936. - Muti lucrari possunt indulgentias adnexas publicis precibus si una cum ceteris fidelibus in eodem loco orantibus mentem ac pios sensus ad Deum attollant; et si agatur de privatis orationibus, satis est ut eas mente recolant signisve effundant vel tantummodo oculis percurrant.

---

[1] Indulgentiae penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem vel interpolationem, *quae earumdem substantiam alterant* (S. Paen. Ap., 26 nov. 1934; *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, pag. 643).

[2] *a*) Indulgentiae, invocationibus et precibus sic dictis iaculatoriis adnexae, acquiri possunt etiam per *mentalem* tantum earum recitationem (S Paen. Ap., 7 dec. 1933; *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, pag. 35).

b) Quoties vel causa operis manualis vel propter aliam rationabilem causam oriatur impedimentum, quominus, iuxta praescriptiones, in manibus gestari queant vel corona vel Crucifixus, quibus accessit benedictio ad lucrandas indulgentias vel Ssmi Rosarii vel Viae Crucis, possunt fideles easdem lucrari, dummodo recitatione, de qua agitur, durante, secum quomodocumque coronam vel Crucifixum deferant (S. Paenit. Ap., 9 nov. 1933; *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, pag. 502).

PARS I

IN FAVOREM OMNIUM CHRISTIFIDELIUM

Caput I

AD DEUM UNUM ET TRINUM

I

PRECES IACULATORIAE, INVOCATIONES

1

Regi saeculorum immortali et invisibili, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie, per integrum mensem, iaculatoria prex devote recitata fuerit (S. Paen. Ap., 7 iun. 1921 et 9 dec. 1932).

2

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: pleni sunt caeli et terra gloria tua (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie in integrum mensem devote repetita (S. C. Indulg., 6 iun. 1769 et 26 iun. 1770; S. Paen. Ap., 23 mart. 1936 et 25 maii 1949).

3

Te Deum Patrem ingenitum, te Filium unigenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, sanctam et individuam Trinitatem, toto corde et

ore confitemur, laudamus atque benedicimus (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem precatiuncula devote repetita fuerit (S. C. Ind., 2 iul. 1816; S. Paen. Ap., 28 sept. 1936).

4

Fiat, laudetur atque in aeternum superexaltetur iustissima, altissima et amabilissima voluntas Dei in omnibus.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo iaculatoriae precis recitatio, quotidie devote peracta, per integrum mensem producta fuerit.

Indulgentia plenaria in mortis articulo acquirenda ab iis, qui saepe in vita eamdem recitationem peregerint et praeterea, confessi ac sacra Communione refecti vel saltem contriti, sanctissimum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint et mortem, tanquam peccati stipendium, de manu Domini patienter susceperint (S. C. Indulg., 19 maii 1818; S. Paen. Ap., 9 dec. 1932).

5

Deus meus et omnia

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 4 maii 1888; S. Paen. Ap., 15 iun. 1935).

6

Dio mio, fate che io vi ami, e il solo premio dell'amor mio sia l'amarvi sempre più.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 15 mart. 1890; S. Paen. Ap., 23 mart. 1936).

7

Mon Dieu, mon unique bien, Vous êtes tout pour moi; que je sois tout pour vous.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si pia mente invocatio per integrum mensem quotidie iterata fuerit (Breve Ap., 13 mart. 1902, exhib. 17 mart. 1902).

8

Sit Nomen Domini benedictum!

Indulgentia quingentorum dierum, quoties, blasphemias contra Deum audiendo, iaculatoria prex devote recitata fuerit (S. C. Indulg., 28 nov. 1903; S. Paen. Ap., 9 dec. 1932).

9

Deus meus, gratias tibi ago pro eo quod das, pro eo quod subtrahis. Fiat voluntas tua.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 29 maii 1906, exhib. 28 iun. 1922; S. Paen. Ap., 22 maii 1934).

10

Mon Dieu, faites l'unité des esprits dans la vérité, et l'union des cœurs dans la charité.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 16 maii 1908, exhib. 30 maii 1908).

11

Doce me, Domine, facere voluntatem tuam, quia Deus meus es Tu (Ps. CXLII, 10).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana invocationis recitatione per integrum mensem producta (S. Paen. Ap., 20 ian. 1921 et 4 oct. 1933).

12

a) **O sanctissima Trinitas, adoro te habitantem per gratiam tuam in anima mea.**

b) **O sanctissima Trinitas, habitans per gratiam tuam in anima mea, fac ut magis ac magis amem te.**

c) **O sanctissima Trinitas, habitans per gratiam tuam in anima mea, magis magisque sanctifica me.**

d) **Mane mecum, Domine, sis verum meum gaudium.**

Indulgentia trecentorum dierum pro singulis iaculatoriis precibus etiam separatim (S. Paen. Ap., 26 apr. 1921 et 23 oct. 1928).

13

Mon Dieu, répandez vos bénédictions et vos miséricordes sur toutes les personnes et sur les âmes du purgatoire pour lesquelles, par charité, par reconnaissance ou par amitié, je dois et je veux prier. Ainsi soit-il.

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 13 dec. 1922).

14

Deus, propitius esto mihi peccatori (Luc. XVIII, 13).

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 25 ian. 1923 et 23 mart. 1936).

15

O Dio, Voi siete onnipotente, fatemi santo (S. Alfonso M. de' Liguori).

Indulgentia quingentorum dierum (Breve Ap., 26 ian. 1924; S. Paen. Ap., 12 febr. 1934).

16

a) **Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis.**

b) **Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in saecula sempiterna, o beata Trinitas** (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum pro singulis invocationibus etiam separatim.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem alterutra prex iaculatoria devote recitata fuerit (Breve Ap., 13 febr. 1924; S. Paen. Ap., 9 dec. 1932).

17

Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum. Amen (Apoc., VII, 12).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie in integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 20 mart. 1931).

18

Custodi me, Domine, ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege me (Ps. XVI, 8).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pia mente reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1931).

19

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum (Ps. XXX, 6).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per integrum mensem quotidie invocatio devote recitata fuerit (S. Paen. Ap., 20 ian. 1932).

20

Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuvandum me festina (Ps. LXIX, 2).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo pia invocationis recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 28 apr. 1933).

21

Dignare, Domine, die isto (*vel* **nocte ista**) **sine peccato nos custodire** (ex *Hymno Ambr.*).

Fidelibus, qui mane vel vespere supra relatam invocationem devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem devote persolverint (S. Paen. Ap., 15 iun. 1934).

22

Eripe me, Domine, de inimicis meis (Ps. LVIII, 2).

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

23

Domine, non secundum peccata nostra quae fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis (Ps, CII, 10).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pia mente recitata fuerit (S. Paen. Ap., 10 febr. 1935).

24

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum (Ps. LXXVIII, 8-9).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per integrum mensem quotidie invocatio devote repetita fuerit (S. Paen. Ap., 4 oct. 1936).

25

Laudate Dominum, omnes gentes; laudate eum, omnes populi: quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas Domini manet in aeternum (Ps. CXVI).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia trium annorum, si publice precatiuncula recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie per integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 22 dec. 1936).

26

Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo devota invocationis recitatio quotidie per integrum mensem peracta fuerit (S. Paen. Ap., 16 ian. 1939).

27

Ab omni peccato libera me, Domine.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio devote recitata fuerit (S. Paen. Ap., 11 iun. 1939).

28

Domine, iustitiam tuam timeo, misericordiam tuam imploro; ne aeternis poenis tradas me, ut in aeternis gaudiis fruar te.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 18 dec. 1940).

29

Tutto per voi, con voi ed in voi, o mio Dio!

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 mart. 1941).

30

Sanctissima Trinitas, adoramus te et per Mariam rogamus te. Da omnibus unitatem in fide eamque fideliter confitendi animum.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocatio recitata fuerit (S. Paen. Ap., 9 febr. 1943).

31

Domine, salva nos, perimus!

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocatio pie repetita fuerit (S. Paen. Ap., 18 aug. 1943).

32

Fiat voluntas tua!

Fidelibus, qui, in adversis huius vitae rebus fidentem animum ad Deum erigentes, supra relatam iaculatoriam precem pia mente recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem persolverint (S. Paen. Ap., 10 iul. 1944).

33

O misericordiosissimo Signore, non vi stancate di parlare alla povera anima mia; datemi la grazia che, se io oggi ascolto la vostra voce, non indurisca il mio cuore (Card. R. Merry del Val).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

34

Signore, nulla io sono, ma questo nulla ti adora (Card. R. Merry del Val).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

35

O Signore, io sono nemico di me stesso, quando cerco la pace fuori di voi (Card. R. Merry del Val).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

II

ACTUS VIRTUTUM THEOLOGALIUM ET CONTRITIONIS

36

Fidelibus, qui actus virtutum theologalium, necnon actum contritionis elicuerint, quavis adhibita formula, dummodo haec proposita sit in aliquo ex catechismis a legitima ecclesiastica Auctoritate approbatis, conceditur:

Indulgentia trium annorum pro quolibet ex praefatis actibus;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem quemlibet ex memoratis actibus recitaverint;

Indulgentia plenaria in mortis articulo, si actus praedictos frequenter in vita elicere consueverint et praeterea, confessi ac sacris Epulis refecti vel saltem contriti, Ssmum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint et mortem, tamquam peccati stipendium, de manu Domini patienter susceperint (S. C. Indulg., 28 ian. 1756; S. Paen. Ap., 17 febr. 1932).

37

Deus meus, credo in te, spero in te, amo te super omnia ex tota anima mea, ex toto corde meo, ex totis viribus meis: amo te quia es infinite bonus et dignus qui ameris; et quia amo te, me paenitet ex toto corde te offendisse: miserere mihi peccatori. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 21 nov. 1885; S. Paen. Ap., 23 mart. 1936).

38

Domine, adauge nobis fidem (Luc. XVII, 5).

Indulgentia quingentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio devote recitata fuerit (S. C. Indulg., 20 mart. 1908; S. Paen. Ap., 15 apr. 1935).

39

Mon Dieu, je vous aime.

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 30 dec. 1919).

40

In te credo, in te spero, te amo, te adoro, beata Trinitas unus Deus, miserere mei nunc et in hora mortis meae et salva me.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 2 iun. 1921).

41

O anima mea, ama Amorem ab aeterno te amantem (Card. R. Merry del Val).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

42

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei et caritatis augmentum; et, ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod praecipis. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana orationis recitatione in integrum mensem producta (S. Paenit. Ap., 22 nov. 1934).

43

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus; descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem

peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem praefatum Apostolorum Symbolum pia mente recitatum fuerit (S. Paen. Ap., 12 apr. 1940).

44

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis; et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est; crucifixus etiam pro nobis; sub Pontio Pilato passus et sepultus est; et resurrexit tertia die secundum Scripturas; et ascendit in caelum; sedet ad dexteram Patris; et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor

unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi. Amen.

Fidelibus, qui durante Missae sacrificio supra relatum symbolum una cum Sacerdote Sacrum celebrante devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum (S. Paen. Ap., 4 maii 1940).

III

ACTUS ADORATIONIS ET GRATIARUM ACTIO PROPTER BENEFICIA, QUAE HUMANO GENERI EX DIVINI VERBI INCARNATIONE ORIUNTUR.

45

Santissima Trinità, Padre, Figliuolo e Spirito Santo, eccoci prostrati alla vostra divina presenza. Noi ci umiliamo profondamente e vi domandiamo perdono delle nostre colpe.

I. Vi adoriamo, o Padre onnipotente, e con tutta l'effusione del cuore vi ringraziamo di averci dato il vostro divin Figliuolo Gesù per nostro Redentore, che si è lasciato con noi nell'augustissima Eucaristia sino alla consumazione dei secoli, rivelandoci le maraviglie della carità del suo Cuore in questo mistero di fede e di amore.

Gloria Patri.

II. O divin Verbo, amabile Gesù Redentore nostro, noi vi adoriamo, e con tutta l'effusione

del cuore vi ringraziamo di aver preso umana carne e di esservi fatto, per la nostra redenzione, sacerdote e vittima del sacrificio della Croce: sacrificio che, per eccesso di carità del vostro Cuore adorabile, Voi rinnovate sui nostri altari ad ogni istante. O sommo Sacerdote, o divina Vittima, concedeteci di onorare il vostro santo sacrificio nell'augustissima Eucaristia con gli omaggi di Maria santissima e di tutta la vostra Chiesa trionfante, purgante e militante. Noi ci offriamo tutti a voi; e nella vostra infinita bontà e misericordia accettate la nostra offerta, unitela alla vostra e benediteci.

Gloria Patri.

III. O divino Spirito Paraclito, noi vi adoriamo, e con tutta l'effusione del cuore vi ringraziamo di avere con tanto amore per noi operato l'ineffabile beneficio dell'Incarnazione del divin Verbo, beneficio che nell'augustissima Eucaristia si estende e amplifica continuamente. Deh! per questo adorabile mistero della carità del sacro Cuore di Gesù, concedete a noi ed a tutti i peccatori la vostra santa grazia. Diffondete i vostri santi doni sopra di noi e sopra tutte le anime redente, ma in modo speciale sopra il Capo visibile della Chiesa, il Sommo Pontefice Romano, sopra tutti i Cardinali, i Ve-

scovi e Pastori delle anime, sopra i sacerdoti e tutti gli altri ministri del santuario. Così sia.

Gloria Patri.

Indulgentia trium annorum (S. C. Indulg. 22 mart. 1905; S. Paen. Ap., 9 dec. 1932).

46

Je vous adore, ô Dieu, je m'anéantis devant votre Majesté. Vous seul êtes l'Etre, la vie, la vérité, la beauté, la bonté. Je vous glorifie, je vous loue, je vous remercie et je vous aime, tout incapable et indigne que je suis, en union avec votre cher Fils Jésus-Christ, notre Sauveur et notre frère, dans la miséricorde de son Cœur et par ses mérites infinis. Je veux vous servir, vous plaire, vous obéir et vous aimer toujours, avec Marie immaculée, Mère de Dieu et notre Mère, aimant aussi et servant mon prochain pour votre amour.

C'est pourquoi, donnez-moi votre Saint-Esprit qui m'éclaire, me corrige et me guide dans la voie de vos commandements et en toute perfection, en attendant le bonheur du ciel, où nous vous glorifierons à jamais. Ainsi soit-il.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 28 febr. 1906, exhib. 18 apr. 1906; S. Paen. Ap., 18 apr. 1933).

IV

PIA EXERCITIA

47

Fidelibus, qui primo mane, meridie et vespere ter doxologiam *Gloria Patri...* devote recitaverint animo gratias agendi Ssmae Trinitati pro eximiis donis et privilegiis B. M. Virgini tributis, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum pro qualibet recitatione singulis praedictis diei partibus respondente;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem ternam recitationem pia mente peregerint (S. C. Indulg., 11 iul. 1815; S. Paen. Ap., 23 mart. 1936).

48

Fidelibus, qui aliquas preces in honorem Ssmae Trinitatis devote effuderint, cum proposito easdem per novem dies continuos iterandi, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel, quolibet die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, novendiali exercitio expleto (S. C. Indulg., 8 aug. 1847; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

V

ORATIONES

49

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper munia-

mur adversis. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio devote recitata fuerit (S. C. Indulg., 2 iul. 1816; S. Paen. Ap., 23 mart. 1936).

50

Pietate tua, quaesumus Domine, nostrorum solve vincula peccatorum, et intercedente beata semperque Virgine Dei Genitrice Maria cum beato Ioseph ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, nos famulos tuos et loca nostra in omni sanctitate custodi; omnes consanguinitate, affinitate ac familiaritate nobis coniunctos a vitiis purga, virtutibus illustra; pacem et salutem nobis tribue; hostes visibiles et invisibiles remove; carnalia desideria repelle: aërem salubrem indulge; amicis et inimicis nostris caritatem largire; Urbem tuam custodi; Pontificem nostrum *N.* **conserva; omnes Praelatos, Principes cunctumque populum christianum ab omni adversitate defende. Benedictio tua sit super nos semper, et omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Amen.**

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo pia orationis recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (Leo XII, Rescr. *Manu Propr.,* 9 iul. 1828; S. Paen. Ap., 9 dec. 1932).

51

Signore onnipotente, che permettete il male per ricavarne il bene, ascoltate le nostre umili preghiere, con le quali vi domandiamo di restarvi fedeli fino alla morte, uniformandoci sempre alla vostra santissima volontà.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 19 iul. 1879; S. Paen. Ap., 29 mart. 1936).

52

Suscipe, Domine, universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem. Quidquid habeo vel possideo mihi largitus es: id tibi totum restituo ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco (S. Ignatius de Loyola).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem actus oblationis devote recitatus fuerit (S. C. Indulg., 26 maii 1883; S. Paen. Ap., 4 dec. 1932).

53

Omnipotentia Patris, adiuva fragilitatem meam et e profundo miseriae eripe me.

Sapientia Filii, dirige cogitationes, verba et actiones meas omnes.

Amor Spiritus Sancti, esto cunctarum animae

meae operationum principium, quo iugiter sint divino beneplacito conformes.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 15 mart. 1890; S. Paen. Ap., 12 sept. 1936).

54

Señor y Dios nuestro, os ofrecemos nuestros corazones unidos por el más fuerte y sincero amor fraternal; os pedimos que Jesús Sacramentado sea el alimento cotidiano de nuestros cuerpos y almas; que Jesús constituya el centro de nuestros amores, como lo era de María y de José. En fin, Señor, que nunca el pecado turbe nuestra unión en la tierra, la que deberá permanecer eternamente con vos, María, José y todos los Santos en el cielo. Amén.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 23 dec. 1919 et 23 mart. 1935).

55

Entre vos mains, Seigneur, et entre les mains de vos Anges, je remets et confie pendant ce jour mon âme, mes parents, mes bienfaiteurs, mes amis et mes ennemis et tout le peuple catholique; gardez-nous, Seigneur, pendant ce jour par les mérites et l'intercession de la bienheureuse Vierge Marie et de tous les Saints, des vices, concupiscences, péchés et tentations du démon, de la mort subite et imprévue et des

peines de l'enfer. Illuminez mon cœur du Saint-Esprit et de votre grâce, faites que j'obéisse toujours à vos commandements, ne permettez pas que je sois jamais séparé de vous qui, étant Dieu, vivez et règnez avec Dieu le Père et le même Saint-Esprit, pendant les siècles des siècles. Ainsi soit-il (St Edmond).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 27 maii 1921 et 28 mart. 1934).

56

Je voue et consacre à Dieu tout ce qui est en moi; ma mémoire et mes actions à Dieu le Père, mon entendement et mes paroles à Dieu le Fils, ma volonté et mes pensées à Dieu le Saint-Esprit, mon cœur, mon corps, ma langue, mes sens et toutes mes douleurs à la très-sacrée Humanité de Jésus-Christ, « qui non dubitavit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum » (St François de Sales).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per integrum mensem quotidie oblationis actus devote iteratus fuerit (S. Paen. Ap., 22 sept. 1922 et 12 maii 1934).

57

Afin de vivre dans un acte de parfait amour, je m'offre comme victime d'holocauste à votre Amour miséricordieux, vous suppliant de me

consumer sans cesse, laissant déborder en mon âme les flots de tendresse infinie qui sont renfermés en vous et qu'ainsi je devienne martyr de votre Amour, ô mon Dieu! Que ce martyre, après m'avoir préparé à paraître devant vous, me fasse enfin mourir et que mon âme s'élance sans retard dans l'éternel embrassement de votre miséricordieux Amour. Je veux, ô mon Bien-Aimé, à chaque battement de mon cœur, vous renouveler cette offrande un nombre infini de fois jusqu'à ce que, les ombres s'étant évanouies, je puisse vous redire mon amour dans un face à face éternel! (Ste Thérèse de l'Enfant Jésus).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oblationis actus pie recitatus fuerit (S. Paen. Ap., 31 iul. 1923 et 23 dec. 1935).

58

Trinità sacrosanta, Divinità indivisibile del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Santo, primo nostro principio ed ultimo nostro fine, giacchè ci faceste a vostra immagine e somiglianza, fate che ai vostri santissimi voleri siano sempre conformi tutti i pensieri della nostra mente, tutte le parole della nostra lingua, tutti gli affetti del nostro cuore e tutte quante le nostre operazioni, affinchè, dopo avervi quaggiù veduto in specie ed in enigma per mezzo della fede, giungiamo

finalmente a contemplarvi faccia a faccia, possedendovi perfettamente per tutti i secoli in paradiso. Così sia.

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 8 iun. 1934 et 1 iun. 1936).

59

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, sanctum nos Spiritum votis promereri sedulis, quatenus eius gratia et ab omnibus liberemur tentationibus, et peccatorum nostrorum indulgentiam percipere mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana orationis recitatione per integrum mensem producta (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

60

Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos pervenire fecisti: tua nos hodie salva virtute; ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Fidelibus, qui mane supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pie praestiterint (S. Paen. Ap., 15 oct. 1935).

61

Vi adoro, mio Dio, e vi amo con tutto il cuore. Vi ringrazio di avermi creato, fatto cristiano e conservato in questa notte. Vi offro le azioni della giornata, fate che siano tutte secondo la vostra santa volontà, per la maggior gloria vostra. Preservatemi dal peccato e da ogni male. La grazia vostra sia sempre con me. Così sia.

Fidelibus, qui mane supra relatam orationem pia mente recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 10 oct. 1940).

62

Visita, quaesumus Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant; et benedictio tua sit super nos semper. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Fidelibus, qui vespere supra relatam orationem pia mente recitaverint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem eamdem recitationem persolverint (S. Paen. Ap., 16 iul. 1936).

63

Vi adoro, mio Dio, e vi amo con tutto il cuore. Vi ringrazio di avermi creato, fatto cristiano e conservato in questo giorno. Perdonatemi il

male oggi commesso; e se qualche bene ho compiuto, accettatelo. Custoditemi nel riposo e liberatemi dai pericoli. La grazia vostra sia sempre con me. Così sia.

Fidelibus, qui vespere supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 10 oct. 1940).

64

O Dio, uno nella natura e trino nelle persone, Padre, Figlio e Spirito Santo, causa prima e fine ultimo di tutte le creature, Bene infinito, incomprensibile e ineffabile, mio Creatore, mio Redentore e mio Santificatore, io credo in voi, spero in voi e vi amo con tutto il cuore.

Voi nella vostra felicità infinita, preferendomi, senza alcun mio merito, ad innumerevoli altre creature, che meglio di me avrebbero corrisposto ai vostri benefici, aveste per me un palpito d'amore fin dall'eternità e, suonata la mia ora nel tempo, mi traeste dal nulla all'esistenza terrena e mi donaste la grazia, pegno della vita eterna.

Dall'abisso della mia miseria vi adoro e vi ringrazio. Sulla mia culla fu invocato il vostro nome come professione di fede, come programma di azione, come meta unica del mio pellegrinaggio quaggiù; fate, o Trinità Santissima, che io mi ispiri sempre a questa fede e attui costan-

temente questo programma, affinchè, giunto al termine del mio cammino, possa fissare le mie pupille nei fulgori beati della vostra gloria.

Fidelibus, qui festo Ssmae Trinitatis supra relatam orationem pie recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 10 maii 1941).

Caput II

AD DEUM PATREM

ORATIONES

65

O Pater misericordiarum, fons omnis boni, te supplex exoro per sacratissimum tuique amantissimum Cor Iesu dilectissimi Filii tui, Domini et Redemptoris nostri, in quo tibi semper bene complaces, dignare concedere mihi gratiam vivae fidei, firmae spei et ardentis caritatis erga te et proximum meum: insuper gratiam vere dolendi de omnibus peccatis meis una cum firmissimo proposito te in posterum numquam offendendi; ut secundum divinum beneplacitum tuum semper vivere, voluntatem tuam sanctissimam corde magno et animo volenti in omnibus adimplere, et in amore tuo usque ad finem vitae meae perseverare valeam. Amen.

Indulgentia trium annorum (S. C. Indulg., 21 apr. 1818; S. Paen. Ap., 23 mart. 1936).

66

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, propter tuam largitatem et Filii tui, qui pro me sustinuit passionem et mortem, et Matris eius excellentissimam sanctitatem, atque omnium Sanctorum merita, concede mihi peccatori, et omni tuo beneficio indigno, ut te solum diligam, tuum amorem semper sitiam, beneficium passionis continuo in corde habeam, meam miseriam recognoscam, et ab omnibus conculcari et contemni cupiam; nihil me contristet nisi culpa. Amen (S. Bonaventura).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio pia mente repetita fuerit (Pius IX, Rescr. *Manu Propr.,* 11 apr. 1874; S. Paen. Ap., 13 dec. 1932).

67

Deus, qui fidei sacramenta, in Unigeniti tui gloriosa Transfiguratione, patrum testimonio roborasti, et adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter praesignasti; concede propitius, ut ipsius Regis gloriae nos coheredes efficias et eiusdem gloriae tribuas esse consortes. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quo-

tidie per integrum mensem devote iterata (S. C. Indulg., 14 dec. 1889; S. Paen. Ap., 26 mart. 1936).

68

Eterno Padre, vi offro il sacrificio che di se stesso fece sulla Croce ed ora rinnova su questo altare il vostro diletto Figlio Gesù, per adorarvi e darvi l'onore che meritate, confessando in voi il supremo dominio su tutte le cose, da voi l'assoluta dipendenza delle medesime, in voi il nostro primo principio e ultimo fine: per ringraziarvi degli innumerevoli benefici ricevuti: per placare la vostra giustizia, irritata per tanti peccati e darvene degna soddisfazione; e per implorare grazia e misericordia per me, per gli afflitti e tribolati, per i poveri peccatori, per il mondo tutto e per le anime benedette del purgatorio.

Indulgentia trium annorum pro devote adstantibus Missae sacrificio, cuius initio hunc oblationis actum elicuerint.

Indulgentia plenaria, si per mensem omnibus et singulis diebus festis de praecepto idem pietatis obsequium expletum fuerit, etiamsi quis Missam ex praecepto audierit, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis (Pius X, Audientia 5 iul. 1904, exhib. 8 iul. 1904; S. Paen. Ap., 24 nov. 1936).

69

Père éternel, je vous offre les infinies satisfactions que Jésus a faites à votre justice pour

les pécheurs sur l'arbre de la Croix, et je vous prie de rendre efficace le mérite de son Sang précieux à toutes les âmes criminelles à qui le péché a donné la mort; et que ressuscitant à la grâce, elles vous glorifient éternellement. Père éternel, je vous offre les ardeurs du divin Cœur de Jésus pour satisfaire à la tiédeur et lâcheté de votre peuple choisi, en vous demandant que par l'ardent amour qui lui a fait souffrir la mort, il vous plaise de réchauffer leurs cœurs tièdes à votre service et de les embraser de votre amour, afin que Vous en soyez aimé éternellement. Père éternel, je vous offre la soumission de Jésus à votre volonté, vous demandant par ses mérites la consommation de toutes vos grâces et l'accomplissement de toutes vos saintes volontés. Dieu soit béni (Ste Marguerite M. Alacoque).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oblationis actus devote recitatus fuerit (S. Paen. Ap., 8 apr. 1920 et 13 dec. 1932).

CAPUT III
AD DEUM FILIUM

Art. I
AD DOMINUM IESUM CHRISTUM

I
PRECES IACULATORIAE, INVOCATIONES

70

Gesù mio, misericordia (S. Leonardo da Porto Maurizio).

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie per integrum mensem devote repetita (S. C. Indulg., 24 sept. 1846; Breve Ap., 20 maii 1911; S. Paen. Ap., 17 dec. 1932).

71

Dulcissime Iesu, non sis mihi Iudex, sed Salvator (S. Hieronymus Aemil.).

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pie recitata fuerit (S. C. Indulg., 11 aug. 1851 et 29 nov. 1853; S. Paen. Ap., 22 oct. 1935).

72

Iesu, Deus meus, super omnia amo te.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius IX, Rescr. *Manu Propr.,* 7 maii 1854; S. Paen. Ap., 28 iul. 1932).

73

Iesu, fili David, miserere mei (Luc. XVIII, 38).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 27 febr. 1886; S. Paen. Ap., 15 mart. 1934).

74

O mio Gesù, Voi che siete la stessa carità, accendete nel mio cuore quel fuoco divino che consuma i Santi e li trasforma in voi.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 6 febr. 1893; S. Paen. Ap., 8 maii 1935).

75

Iesu Christe, Fili Dei vivi, lux mundi, te adoro, tibi vivo, tibi morior. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 19 iun. 1909; S. C. S. Officii, 1 iul. 1909; S. Paenit. Ap., 20 sept. 1933).

76

Iesu, tibi vivo - Iesu, tibi morior - Iesu, tuus sum ego in vita et in morte. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie per integrum mensem pia mente iterata (S. C. S. Officii, 3 dec. 1914; S. Paen. Ap., 15 dec. 1949).

77

O Jésus, vie éternelle dans le sein du Père, vie des âmes faites à votre ressemblance, au

nom de votre amour, faites connaître, révélez votre Cœur!

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 11 mart. 1907; S. C. S. Officii, 8 iul. 1915).

78

O Gesù, amico dei fanciulli, benedite i fanciulli di tutto il mondo.

Indulgentia trecentorum dierum (Benedictus XV, Rescr. *Manu Propr.,* 9 ian. 1920, exhib. 12 ian. 1920; S. Paen. Ap., 27 iun. 1932).

79

Tu es Christus, Filius Dei vivi (Matt. XVI, 16).

Indulgentia quingentorum dierum coram Ssño Eucharistiae Sacramento, etiam in tabernaculo adservato.

Indulgentia plenaria, si quotidie per integrum mensem idem obsequium devote peractum fuerit, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis (Breve Ap., 9 iun. 1920; S. Paen. Ap., 12 ian. 1934).

80

Benedetto Gesù Cristo e la sua purissima Madre!

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 nov. 1921).

81

Iesu, amore tui, tecum et pro te.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 9 febr. 1922 et 3 iul. 1936).

82

O Iesu, Fili Dei vivi, miserere nobis!

O Iesu, Fili Mariae Virginis, miserere nobis!

O Iesu, rex et centrum omnium cordium, fac ut fiat pax in regno tuo.

Indulgentia trecentorum dierum coniunctim (S. Paen. Ap., 14 mart. 1923).

83

O Iesu, toto corde tibi adhaereo.

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 10 iun. 1923).

84

O Iesu, esto mihi Iesus et salva me.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo per integrum mensem quotidie invocatio pie reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

85

Christe Iesu, adiutor meus et redemptor meus (S. Augustinus).

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie in integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 9 febr. 1935).

86

Domine Iesu Christe, Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana precis iaculatoriae recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 19 oct. 1936).

87

O Gesù, fate che io sia vostro, tutto vostro, sempre vostro.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 9 dec. 1936).

88

Domine Iesu, noverim me, noverim te,
Nec aliquid cupiam nisi te.
Oderim me et amem te.
Omnia agam propter te.
Humiliem me, exaltem te.
Nihil cogitem nisi te.
Mortificem me et vivam in te.
Quaecumque eveniant accipiam a te.
Persequar me, sequar te,
Semperque optem sequi te.
Fugiam me, confugiam ad te,
Ut merear defendi a te.
Timeam mihi, timeam te,
Et sim inter electos a te.
Diffidam mihi, fidam in te.
Obedire velim propter te.
Ad nihil afficiar nisi ad te,
Et pauper sim propter te.
Aspice me, ut diligam te.
Voca me, ut videam te,
Et in aeternum fruar te. Amen.

(S. Augustinus).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocationes devote reiteratae fuerint (Breve Ap., 25 sept. 1883; S. Paen. Ap., 17 dec. 1932).

89

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocatio devote recitata fuerit (S. Paenit. Ap., 22 apr. 1939).

90

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidiana precis iaculatoriae recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 20 mart. 1940).

91

Da nobis famulis tuis, Domine Iesu Christe, beatae Mariae Virginis Matris tuae semper et ubique patrocinio protegi.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 7 oct. 1940).

92

Iesu dulcissime, in tuo sacratissimo Corde absconde me, ne permittas me separari a te, ab hoste maligno defende me.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 12 ian. 1941).

93

Domine Iesu,
per vagitus Tui in praesepio pro me nascentis,
per lacrimas Tui in cruce pro me morientis,
per amorem Tui in tabernaculo pro me viventis,
miserere mei et salva me.

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie in integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 20 ian. 1941).

94

Gesù mio carissimo, insegnatemi la pazienza, quando durante tutto il giorno il mio cuore è provato da piccole croci importune (Card. Raffaele Merry del Val).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

Nota. - Alia invocatio, in conficiendis vel reficiendis liturgicis vestibus recitanda, invenitur pag. 546, n. 710.

II

ACTUS ADORATIONIS ET GRATIARUM ACTIO

95

Adoramus te, sanctissime Domine Iesu Christe, hic et ad omnes Ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum (ex testamento S. Francisci Ass. Conf.).

Indulgentia septem annorum, si praefatus adorationis actus, flexis genibus, eliciatur, tum ecclesiam vel publicum aut semipublicum (pro legitime utentibus) oratorium ingrediendo tum inde exeundo.

Indulgentia plenaria, si per integrum mensem, semel saltem in die, idem actus pie elicitus fuerit et praeterea sacramentalis confessio, sacra Communio et oratio ad Summi Pontificis mentem additae fuerint (S. Paen. Ap., 3 aug. 1917 et 18 mart. 1932).

III

ACTUS CONSECRATIONIS

96

Consécration de soi-même à Jésus-Christ,
la Sagesse incarnée, par les mains de Marie

O Sagesse éternelle et incarnée! O très aimable et adorable Jésus, vrai Dieu et vrai Homme, Fils unique du Père éternel et de Marie, toujours Vierge, je vous adore profondément dans le sein et les splendeurs de votre Père, pendant l'éternité, et dans le sein virginal de Marie,

votre très digne Mère, dans le temps de votre incarnation.

Je vous rends grâces de ce que Vous vous êtes anéanti vous-même, en prenant la forme d'un esclave, pour me tirer du cruel esclavage du démon. Je vous loue et glorifie de ce que Vous avez bien voulu vous soumettre à Marie, votre sainte Mère, en toutes choses, afin de me rendre par elle votre fidèle esclave. Mais, hélas! ingrat et infidèle que je suis, je ne vous ai pas gardé les promesses que je vous ai si solennellement faites à mon baptême. Je n'ai point rempli mes obligations; je ne mérite pas d'être appelé votre enfant ni votre esclave, et comme il n'y a rien en moi qui ne mérite vos rebuts et votre colère, je n'ose plus par moi-même approcher de votre très sainte et auguste Majesté. C'est pourquoi j'ai recours à l'intercession de votre très sainte Mère, que Vous m'avez donnée pour médiatrice auprès de vous; et c'est par ce moyen que j'espère obtenir de vous la contrition et le pardon de mes péchés, l'acquisition et la conservation de la sagesse.

Je vous salue donc, ô Marie immaculée, tabernacle vivant de la Divinité, où la Sagesse éternelle cachée veut être adorée des Anges et des hommes. Je vous salue, ô Reine du ciel et de la terre, à l'empire de qui est soumis tout

ce qui est au-dessous de Dieu. Je vous salue, ô refuge assuré des pécheurs, dont la miséricorde ne manque à personne; exaucez les désirs que j'ai de la divine sagesse et recevez pour cela les vœux et les offres que ma bassesse vous présente.

Moi *N...*, pécheur infidèle, je renouvelle et ratifie aujourd'hui entre vos mains les vœux de mon baptême. Je renonce pour jamais à Satan, à ses pompes et à ses œuvres, et je me donne tout entier à Jésus-Christ, la Sagesse incarnée, pour porter ma croix à sa suite, tous les jours de ma vie. Et afin que je lui sois plus fidèle que je n'ai été jusqu'ici, je vous choisis aujourd'hui, ô Marie, en présence de toute la Cour céleste, pour ma Mère et Maîtresse.

Je vous livre et consacre, en qualité d'esclave, mon corps et mon âme, mes biens intérieurs et extérieurs et la valeur même de mes bonnes actions passées, présentes et futures, vous laissant un entier et plein droit de disposer de moi et de tout ce qui m'appartient, sans exception, selon votre bon plaisir, à la plus grande gloire de Dieu, dans le temps et l'éternité.

Recevez, ô Vierge bénigne, cette petite offrande de mon esclavage, en l'honneur et union de la soumission que la Sagesse éternelle a bien voulu avoir à votre maternité, en hommage de

la puissance que Vous avez tous deux sur ce petit vermisseau et ce misérable pécheur, en action de grâces des privilèges dont la sainte Trinité vous a favorisée. Je proteste que je veux désormais, comme votre véritable esclave, chercher votre honneur et vous obéir en toutes choses.

O Mère admirable, présentez-moi à votre cher Fils, en qualité d'esclave éternel, afin que, m'ayant racheté par vous, il me reçoive par vous. O Mère de miséricorde, faites-moi la grâce d'obtenir la vraie sagesse de Dieu et de me mettre pour cela au nombre de ceux que Vous aimez, que Vous enseignez, que Vous conduisez, que Vous nourrissez et protégez comme vos enfants et vos esclaves. O Vierge fidèle, rendez-moi en toutes choses un si parfait disciple, imitateur et esclave de la Sagesse incarnée, Jésus-Christ votre Fils, que j'arrive, par votre intercession et votre exemple, à la plénitude de son âge sur la terre et de sa gloire dans les cieux. Ainsi soit-il (S. L. M. Grignion de Montfort).

Indulgentia plenaria suetis conditionibus die festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. ac die 28 apr. (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 24 dec. 1907, exhib. 22 ian. 1908; S. C. S. Officii, 7 dec. 1927).

IV
ORATIONES

97

Domine Iesu Christe, in unione illius divinae intentionis, qua in terris per sanctissimum Cor tuum laudes Deo persolvisti et nunc in Eucharistiae Sacramento ubique terrarum persolvis usque ad consummationem saeculi, ego per hanc diem integram, ad imitationem sacratissimi Cordis beatae Mariae semper Virginis immaculatae, tibi libentissime offero omnes meas intentiones et cogitationes, omnes meos affectus et desideria, omnia mea opera et verba.

Indulgentia trium annorum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo per integrum mensem quotidie oblationis actus devote recitatus fuerit (S. C. Indulg., 19 dec. 1885; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

98

Concede mihi, benignissime Iesu, gratiam tuam, ut mecum sit et mecum laboret mecumque in finem usque perseveret.

Da mihi hoc semper desiderare et velle, quod tibi magis acceptum est et carius placet.

Tua voluntas mea sit, et mea voluntas tuam semper sequatur, et optime ei concordet.

Sit mihi unum velle et nolle tecum, nec aliud

posse velle aut nolle, nisi quod Tu vis et nolis. Amen (*De Imit. Chr.*, l. III, c. XV, v. 3).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie in integrum mensem devote repetita (S. C. Indulg., 27 febr. 1886; S. Paen. Ap., 17 dec. 1932).

99

Gesù Cristo, Dio mio, vi adoro e vi ringrazio di quante grazie mi avete fatto in questo giorno. Vi offerisco il mio sonno e tutti i momenti di questa notte, e vi prego a conservarmi senza peccato. Perciò mi pongo dentro al vostro Costato santissimo e sotto il manto della Madonna Madre mia. I vostri santi Angeli mi assistano e mi custodiscano in pace, e la vostra benedizione sia sopra di me (S. Alfonso M. de' Liguori).

Fidelibus, qui vespere ante somnum praefatam orationem recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum semel in die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pie praestiterint (S. C. Indulg., 30 iun. 1893; S. Paen. Ap., 18 dec. 1935).

100

O Jesus, mein Heiland und Erlöser, Sohn des lebendigen Gottes, siehe, wir liegen vor dir auf unseren Knieen, leisten dir Abbitte und wollen genugtun für alle Lästerungen deines heiligen Namens, für alle Unbilden, welche dir im heiligsten Sakramente zugefügt werden, für

alle Verunehrungen deiner unbeflekten, jungfräulichen Mutter, für alle Verleumdungen und Schmähungen deiner Braut, der heiligen, römisch-katholischen Kirche. O Jesus, der du gesagt hast: « Um was ihr immer den Vater in meinem Namen bitten werdet, das wird er euch geben », wir bitten und flehen für unsere Brüder, die in Gefahr der Sünde sind; bewahre sie vor den Lockungen zum Abfall vom wahren Glauben; rette, die schon am Rande des Abgrundes stehen; gib allen Licht und Erkenntnis der Wahrheit, Mut und Kraft zum Kampfe gegen das Böse, Beharrlichkeit im Glauben und werktätige Liebe! Darum bitten wir, o gütigster Jesus, in deinem Namen Gott den Vater, mit dem du lebst und regierst in Einigkeit des heiligen Geistes von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana orationis recitatione in integrum mensem producta (S. C. Indulg., 13 maii 1903; S. Paen. Ap., 5 mart. 1936).

101

Le nostre colpe, o Signore, ci offuscano l'intelletto e ci fanno trascurare il bene di amarvi come meritate. Rischiarate la nostra mente con un raggio della vostra divina luce. Voi siete l'Amico, il Redentore, il Padre di chi pentito

torna al vostro cuore; e noi pentiti ritorniamo a voi. Gesù, speriamo in voi, perchè sappiamo che la nostra salvezza vi costò la morte sulla Croce e v'indusse a dimorare di continuo nel santissimo Sacramento, per unirvi con noi tutte le volte che vogliamo. Noi, o Signore, per ringraziarvi di tanto amore che ci portate, vi promettiamo, con la vostra grazia, di ricevervi Sacramentato quanto più spesso è possibile; di recitare le vostre lodi in chiesa e da per tutto, senza rispetto umano. Signore, vi supplichiamo, confidando nel vostro sacratissimo Cuore, che conserviate nel vostro amore chi vi ama, e che chiamiate tutti a ricevervi quotidianamente sull'altare secondo il vostro acceso desiderio.

Indulgentia quingentorum dierum (Pius X, Audientia 26 iun. 1906, exhib. 6 iul. 1906; S. Paen. Apost., 25 nov. 1934).

102

O Jésus, Fils de la glorieuse Vierge Marie et Fils unique du Dieu vivant, je vous adore et je vous reconnais pour mon Dieu, le seul vrai Dieu, unique et infiniment parfait, qui a créé de rien tout ce qui est hors de lui, et qui le conserve et le gouverne avec une infinie sagesse, une souveraine bonté, une puissance suprême; et je vous demande, au nom des mystères accomplis dans votre Humanité sainte, de me pu-

rifier dans votre Sang de tous mes péchés passés; de répandre sur moi l'abondance de votre Esprit-Saint, avec sa grâce, ses vertus, ses dons; de faire que je vous croie, que je vous espère, que je vous aime, que je travaille, par chacun de mes actes, à vous mériter; et de vous donner un jour à moi, dans la splendeur de votre gloire, au milieu de l'assemblée de vos Saints. Ainsi soit-il.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (S. C. S. Officii, 22 ian. 1914; S. Paen. Ap., 8 sept. 1933).

103

Signore nostro, Gesù Cristo, noi ricorriamo a voi, Dio santo, Dio grande, Dio immortale, abbiate pietà di noi e di tutto il genere umano. Purificateci dai nostri peccati e dalle nostre debolezze col vostro Sangue divino. Gesù mio, in voi credo, in voi spero, voi amo, a voi mi dono.

Indulgentia trecentorum dierum (Benedictus XV, Rescr. *Manu Propr.*, 21 dec. 1916, exhib. 20 apr. 1917; S. Paen. Ap., 20 oct. 1935).

104

Seigneur Jésus, je m'unis à votre sacrifice perpétuel, incessant, universel. Je m'offre à vous pour tous les jours de ma vie et pour chaque instant du jour, selon votre très sainte et très adorable volonté. Vous avez été la victime

de mon salut, je veux être la victime de votre amour. Agréez mon désir, acceptez mon offrande, exaucez ma prière: que je vive d'amour, que je meure d'amour et que le dernier battement de mon cœur soit un acte du plus parfait amour.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (S. Paenit. Ap., 5 iun. 1919 et 17 dec. 1932)..

105

O Jésus! Je viens à vous! Vous êtes la Voie que je veux suivre en suivant vos commandements, vos conseils et vos exemples; en marchant après vous dans le chemin de l'obéissance, du renoncement et du sacrifice qui conduit au ciel près de vous! O Jésus! Vous êtes la Vérité; Vous êtes « la vraie Lumière qui éclaire tout homme venant en ce monde ». Je crois en vous! Je crois à votre Evangile; je veux vous connaître pour vous aimer; je veux vous faire connaître pour vous faire aimer. O Jésus! Vous êtes la Vie, par votre grâce sanctifiante, qui est la vie de nos âmes, par vos paroles, qui sont « les paroles de la Vie éternelle », par votre Eucharistie, qui est « le Pain vivant descendu du ciel », par votre Cœur, qui est le foyer de vie pour les âmes et pour les sociétés. J'adhère de toute mon âme à votre parole; j'ai faim du Pain vivant de votre Eucharistie; j'ouvre pleinement mon cœur

aux effusions vivifiantes de votre Cœur; je m'unis intimement à toutes ses intentions. Ah! que ce Cœur divin règne universellement sur les enfants de l'Eglise et sur l'humanité. Ainsi soit-il.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio pia mente reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 1 dec. 1920 et 28 dec. 1932).

106

Signor mio Gesù Cristo, Figlio di Dio vivo, dissipate, ve ne prego umilmente, le tenebre dello spirito mio, e datemi una fede viva, una ferma speranza ed un'ardente carità. Fate, o mio Dio, che io vi conosca bene e faccia ogni cosa dietro il vostro lume e conforme al vostro santo volere. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio pie recitata fuerit (S. Paen. Ap., 30 maii 1921 et 23 iul. 1936).

107

O Gesù, Salvatore nostro, dateci la vostra benedizione, liberateci dalla morte eterna, assistete la santa Chiesa, date la pace alle nazioni, liberate le anime che soffrono nel purgatorio.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 29 nov. 1923 et 15 febr. 1933).

108

Dirigere et sanctificare, regere et gubernare dignare, Domine Deus, Rex caeli et terrae, hodie corda et corpora nostra, sensus, sermones et actus nostros in lege tua et in operibus mandatorum tuorum; ut hic et in aeternum, te auxiliante, salvi et liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Fidelibus, qui mane supra relatam orationem pie recitaverint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum;
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem devote iteraverint (S. Paen. Ap., 8 apr. 1934).

109

Libera me, Domine Iesu Christe, ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis, fac me tuis semper inhaerere mandatis et a te nunquam separari permittas (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.
Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo pia orationis recitatio quotidie per integrum mensem peracta fuerit (S. Paen. Ap., 12 nov. 1938).

110

Tibi offerimus, Domine Iesu Christe, merita Mariae, Matris tuae et nostrae, stantis iuxta

Crucem, ut, suo piissimo interventu, Passionis ac Mortis tuae effectum felicem consequamur.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oblationis actus elicitus fuerit (S. Paen. Ap., 20 mart. 1939).

111

O Verbo di Dio amatissimo, insegnatemi ad essere generoso, a servirvi come Voi meritate, a dare senza contare, a combattere senza preoccuparmi delle ferite, a lavorare senza cercare il riposo, a prodigarmi senza attendere altra ricompensa che quella di sapere che io faccio la vostra volontà (Card. R. Merry del Val).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio pia mente reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

112

Cambiate il mio cuore, o Gesù annichilito per mio amore! Scoprite al mio spirito l'eccellenza delle vostre sante umiliazioni. Che io cominci oggi, rischiarato dalla vostra luce, a distruggere questa porzione del vecchio uomo, che vive tutta intera in me. È questo il fondo principale delle mie miserie, l'ostacolo continuo che io oppongo al vostro amore.

(Card. R. Merry del Val)

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie in integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

Art. II

In honorem Sanctissimi Nominis Iesu

I

INVOCATIO

113

Fidelibus, sanctissimum Iesu Nomen devote invocantibus, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem eamdem invocationem pie recitaverint;

Indulgentia plenaria in mortis articulo, si praefatam invocationem saepe in vita recitare consueverint, dummodo confessi ac sacra Synaxi refecti vel saltem contriti Ssm̃um Iesu Nòmen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperint (S. C. Indulg., 5 sept. 1759 et 10 oct. 1904; S. Paen. Ap., 9 dec. 1933).

II

LITANIAE

114

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Iesu, audi nos.
Iesu, exaudi nos.
Pater de caelis, Deus, miserere nobis

Fili, Redemptor mundi, Deus, miserere nobis
Spiritus Sancte, Deus, miserere
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere
Iesu, Fili Dei vivi, miserere
Iesu, splendor Patris, miserere
Iesu, candor lucis aeternae, miserere
Iesu, rex gloriae, miserere
Iesu, sol iustitiae, miserere
Iesu, Fili Mariae Virginis, miserere
Iesu amabilis, miserere
Iesu admirabilis, miserere
Iesu, Deus fortis, miserere
Iesu, pater futuri saeculi, miserere
Iesu, magni consilii angele, miserere
Iesu potentissime, miserere
Iesu patientissime, miserere
Iesu obedientissime, miserere
Iesu, mitis et humilis corde, miserere
Iesu, amator castitatis, miserere
Iesu, amator noster, miserere
Iesu, Deus pacis, miserere
Iesu, auctor vitae, miserere
Iesu, exemplar virtutum, miserere
Iesu, zelator animarum, miserere
Iesu, Deus noster, miserere
Iesu, refugium nostrum, miserere
Iesu, pater pauperum, miserere
Iesu, thesaure fidelium, miserere

Iesu, bone pastor, miserere nobis
Iesu, lux vera, miserere
Iesu, sapientia aeterna, miserere
Iesu, bonitas infinita, miserere
Iesu, via et vita nostra, miserere
Iesu, gaudium Angelorum, miserere
Iesu, rex Patriarcharum, miserere
Iesu, magister Apostolorum, miserere
Iesu, doctor Evangelistarum, miserere
Iesu, fortitudo Martyrum, miserere
Iesu, lumen Confessorum, miserere
Iesu, puritas Virginum, miserere
Iesu, corona Sanctorum omnium, miserere
Propitius esto, parce nobis, Iesu
Propitius esto, exaudi nos, Iesu
Ab omni malo, libera nos, Iesu
Ab omni peccato, libera
Ab ira tua, libera
Ab insidiis diaboli, libera
A spiritu fornicationis, libera
A morte perpetua, libera
A neglectu inspirationum tuarum, libera
Per mysterium sanctae Incarnationis tuae, libera
Per nativitatem tuam, libera
Per infantiam tuam, libera
Per divinissimam vitam tuam, libera
Per labores tuos, libera
Per agoniam et passionem tuam, libera

Per crucem et derelictionem tuam, libera nos, Iesu
Per languores tuos, libera
Per mortem et sepulturam tuam, libera
Per resurrectionem tuam, libera
Per ascensionem tuam, libera
Per sanctissimae Eucharistiae institutionem tuam, libera
Per gaudia tua, libera
Per gloriam tuam, libera
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Iesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Iesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis, Iesu.
Iesu, audi nos.
Iesu, exaudi nos.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui dixisti: Petite et accipietis; quaerite et invenietis; pulsate et aperietur vobis; quaesumus, da nobis petentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore et opere diligamus et a tua nunquam laude cessemus.

Sancti Nominis tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum, quia numquam tua gubernatione destituis, quos in soli-

ditate tuae dilectionis instituis: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem litaniae cum oratione devote recitatae fuerint (S. C. Indulg., 16 ian. 1886; S. Paen. Ap., 2 ian. 1933).

III
HYMNI

115

Iesu, dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia;
Sed super mel et omnia
Eius dulcis praesentia.

Nil canitur suavius,
Nil auditur iucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quam Iesus Dei Filius.

Iesu, spes paenitentibus,
Quam pius es petentibus,
Quam bonus te quaerentibus,
Sed quid invenientibus?

Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere,
Expertus potest credere
Quid sit Iesum diligere.

Sis, Iesu, nostrum gaudium,
Qui es futurum praemium:
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper saecula. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo pia hymni recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 13 iun. 1815; S. Paenit. Ap., 21 maii 1935).

116

Iesu, decus angelicum,
In aure dulce canticum.
In ore mel mirificum,
In corde nectar caelicum.

Qui te gustant, esuriunt;
Qui bibunt, adhuc sitiunt;
Desiderare nesciunt,
Nisi Iesum, quem diligunt.

O Iesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animae!
Te quaerunt piae lacrimae,
Te clamor mentis intimae.

Mane nobiscum, Domine,
Et nos illustra lumine;
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

Iesu, flos Matris Virginis,
Amor nostrae dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, hymno quotidie in integrum mensem devote iterato (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

117

Iesu, Rex admirabilis
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.

Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus fervet caritas.

Iesu, dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium
Et omne desiderium.

Iesum omnes agnoscite,
Amorem eius poscite;
Iesum ardenter quaerite,
Quaerendo inardescite.

Te nostra, Iesu, vox sonet,
Nostri te mores exprimant;

Te corda nostra diligant
Et nunc, et in perpetuum. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem hymnus reiteratus fuerit (S. C. Indulg., 13 iun. 1815; S. Paen. Ap., 16 iul. 1936).

IV

PIA EXERCITIA

118

Fidelibus, qui mense ianuario speciale aliquod obsequium Ssmo Nomini Iesu devote exhibuerint, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel quolibet mensis die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si huiusmodi pietatis obsequium per integrum mensem quotidie praestitum fuerit (Breve Ap., 21 dec. 1901; S. Paen. Ap., 2 ian. 1933).

119

Fidelibus, qui doxologiam *Gloria Patri* una cum iaculatoria prece *Sia infinitamente benedetto il santissimo Nome di Gesù* quinquies recitaverint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 19 nov. 1906, exhib. 26 nov. 1906).

120

Fidelibus, qui confessi ac sacra Synaxi refecti die festo Ssmi Iesu Nominis aliquam ecclesiam vel publicum aut (pro legitime utentibus) semipublicum oratorium pietatis causa inviserint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint, conceditur:

Indulgentia plenaria (Pius X, Audientia 19 nov. 1906, exhib. 26 nov. 1906; S. Paen. Ap., 17 maii 1927).

V

ORATIONES

121

O bone Iesu, secundum magnam misericordiam tuam miserere mei. O clementissime Iesu, te deprecor per illum Sanguinem pretiosum, quem pro peccatoribus effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas et in me respicias miserum et indignum invocantem tuum sanctum Nomen. Ergo, Iesu, propter Nomen sanctum tuum salva me.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 26 nov. 1876; S. Paen. Ap., 17 dec. 1932).

122

Deus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem et Iesum vocari iussisti: concede propitius, ut, cuius sanctum Nomen veneramur in terris, eius quoque adspectu perfruamur in caelis. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio devote recitata fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

Art. III

Ad Iesum Infantem

I

PIA EXERCITIA

123

a) Fidelibus, qui, ad gratias Deo Patri agendas pro beneficiis humano generi collatis per Verbi Incarnationem, die festo Nativitatis Domini, sanctae Missae sacrificio in nocte devote adstiterint, conceditur:

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria, si praeterea peccatorum veniam obtinuerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

b) Iis vero, qui vel Matutino vel Laudibus interfuerint et psalmorum ac lectionum cantum aut devota lectione, aut piis super Verbi Incarnatione meditationibus vel orationibus secuti fuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum (Breve Ap., 22 oct. 1586; S. Paen. Ap., 2 apr. 1936).

124

Novendiales preces ante festum Nativitatis Domini

Fidelibus, qui novendiali pio exercitio, in honorem divini Infantis Iesu *publice* peracto ante festum Nativitatis Domini, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum quolibet die;

Indulgentia plenaria, accedente sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis, si per dies saltem quinque novendiali supplicationi adstiterint.

Iis vero, qui praefato tempore preces vel alia pietatis obsequia divino Infanti *privatim* praestiterint, cum proposito idem per novem dies continuos explendi, conceditur :

Indulgentia septem annorum semel quolibet die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, novendiali exercitio absoluto; at ubi hoc *publice* peragitur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (Secr. Mem., 12 aug. 1815; S. C. Indulg., 9 iul. 1830; S. Paen. Ap., 21 febr. 1933).

125

Novendiales preces
a die 16 ad diem 24 cuiusvis mensis

I. **Eterno Padre, io offro a vostro onore e gloria, per la mia salute eterna e per quella di tutto il mondo il mistero della Nascita del nostro divin Redentore.**

Gloria Patri.

II. **Eterno Padre, io offro a vostro onore e gloria, per la mia eterna salute e per quella di tutto il mondo, i patimenti della Ssma Vergine e di san Giuseppe in quel lungo e faticoso viaggio da Nazareth a Betlemme, e l'angoscia del loro cuore per non trovare luogo da mettersi al coperto, allorchè era per nascere il Salvatore del mondo.**

Gloria Patri.

III. **Eterno Padre, io offro a vostro onore e gloria, per la mia eterna salute e per quella di tutto il mondo, i patimenti di Gesù nel presepio ove nacque, il freddo che soffrì, le lagrime che sparse, ed i suoi teneri vagiti.**

Gloria Patri.

IV. **Eterno Padre, io offro a vostro onore e gloria, per la mia eterna salute e per quella di tutto il mondo, il dolore che sentì il divino Infante Gesù nel suo tenero corpicciuolo, allorchè si soggettò alla circoncisione; vi offro quel Sangue prezioso, che allora Egli sparse la prima volta, per la salvezza di tutto il genere umano.**

Gloria Patri.

V. **Eterno Padre, io offro a vostro onore e gloria, per la mia eterna salute e per quella di tutto il mondo, l'umiltà, la mortificazione, la pazienza, la carità, le virtù tutte di Gesù Bambino, e vi ringrazio, amo e benedico infinitamente per questo ineffabile mistero dell'Incarnazione del divin Verbo.**

Gloria Patri.

℣. Verbum caro factum est;

℟. **Et** habitavit in nobis.

Oremus.

Deus, cuius Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit; praesta, quaesumus, ut per

eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia septem annorum semel quovis die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, novendiali exercitio in finem adducto (S. C. Indulg., 23 sept. 1846; S. Paen. Ap., 14 oct. 1934).

II
PRECES

126

℣. Deus, in adiutorium meum intende;

℟. Domine, ad adiuvandum me festina.

℣. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto,

℟. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Pater noster.

I. **Iesu Infans dulcissime, e sinu Patris propter nostram salutem descendens, de Spiritu Sancto conceptus, Virginis uterum non horrens, et Verbum caro factum, formam servi accipiens, miserere nostri.**

℟. Miserere nostri, Iesu Infans, miserere nostri.

Ave Maria.

II. **Iesu Infans dulcissime, per Virginem Matrem tuam visitans Elisabeth, Ioannem Baptistam Praecursorem tuum Spiritu Sancto replens,**

et adhuc in utero matris suae sanctificans, miserere nostri.

℟. Miserere, *etc.* Ave Maria.

III. Iesu Infans dulcissime, novem mensibus in utero clausus, summis votis a Maria Virgine et a sancto Ioseph expectatus, et Deo Patri pro salute mundi oblatus, miserere nostri.

℟. Miserere, *etc.* Ave Maria.

IV. Iesu Infans dulcissime, in Bethlehem ex Virgine Maria natus, pannis involutus, in praesepio reclinatus, ab Angelis annuntiatus et a pastoribus visitatus, miserere nostri.

℟. Miserere, *etc.* Ave Maria.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

℣. Christus prope est nobis.
℟. Venite, adoremus.
Pater noster.

V. Iesu Infans dulcissime, in Circumcisione post dies octo vulneratus, glorioso Iesu nomine vocatus, et in nomine simul et sanguine Salvatoris officio praesignatus, miserere nostri.

℟. Miserere, *etc.* Ave Maria.

VI. **Iesu Infans dulcissime, stella duce tribus Magis demonstratus, in sinu Matris adoratus, et mysticis muneribus, auro, thure et myrrha donatus, miserere nostri.**

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

VII. **Iesu Infans dulcissime, in templo a Matre Virgine praesentatus, inter brachia a Simeone amplexatus, et ab Anna prophetissa Israëli revelatus, miserere nostri.**

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

VIII. **Iesu Infans dulcissime, ab iniquo Herode ad mortem quaesitus, a sancto Ioseph in Aegyptum cum Matre deportatus, a crudeli caede sublatus, et praeconiis Martyrum Innocentium glorificatus, miserere nostri.**

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula. Amen.

℣. **Christus prope est nobis.**
℟. **Venite, adoremus.**
Pater noster.

IX. **Iesu Infans dulcissime, in Aegyptum cum Maria sanctissima et Patriarcha sancto Ioseph**

usque ad obitum Herodis commoratus, miserere nostri.

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

X. **Iesu Infans dulcissime, ex Aegypto cum Parentibus in terram Israël reversus, multos labores in itinere perpessus, et in civitatem Nazareth ingressus, miserere nostri.**

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

XI. **Iesu Infans dulcissime, in sancta Nazarena domo, subditus Parentibus, sanctissime commoratus, paupertate et laboribus faticatus, in sapientiae, aetatis et gratiae profectu confortatus, miserere nostri.**

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

XII. **Iesu Infans dulcissime, in Ierusalem duodennis ductus, a Parentibus cum dolore quaesitus, et post triduum cum gaudio inter Doctores inventus, miserere nostri.**

℟. **Miserere,** *etc.* **Ave Maria.**

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula. Amen.

Die Nativitatis Domini et per Octavam:

℣. **Verbum caro factum est, alleluia.**

℟. **Et habitavit in nobis, alleluia.**

In Epiphania Domini et per Octavam:

℣. Christus manifestavit se nobis, alleluia.
℟. Venite, adoremus, alleluia.

Per annum.

℣. Verbum caro factum est,
℟. Et habitavit in nobis.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Domine caeli et terrae, qui te revelas parvulis; concede, quaesumus, ut nos sacrosancta Filii tui Infantis Iesu mysteria digno honore recolentes, dignaque imitatione sectantes, ad regnum caelorum promissum parvulis pervenire valeamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia quinque annorum semel in die.
Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, iis qui die 25 cuiusvis mensis supra relatas preces pia mente recitaverint (S. C. Indulg., 23 nov. 1819; S. Paen. Ap., 8 iun. 1935).

III
ORATIONES

127

Amabilissimo nostro Signore Gesù Cristo, che fatto per noi Bambino, voleste nascere in una grotta per liberarci dalle tenebre del peccato, per attirarci a voi, ed accenderci del vostro santo amore, vi adoriamo per nostro Creatore e

Redentore, vi riconosciamo e vogliamo per nostro Re e Signore, e per tributo vi offriamo tutti gli affetti del nostro povero cuore. Caro Gesù, Signore e Dio nostro, degnatevi di accettare questa offerta, e affinchè sia degna del vostro gradimento, perdonateci le nostre colpe, illuminateci, infiammateci di quel fuoco santo, che siete venuto a portare nel mondo, per accenderlo nei nostri cuori. Divenga per tal modo l'anima nostra un altare, per offrirvi sopra di esso il sacrificio delle nostre mortificazioni; fate che essa cerchi sempre la vostra maggior gloria qui in terra, affinchè venga un giorno a godere delle vostre infinite bellezze in cielo. Così sia.

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio devote repetita fuerit (S. C. Indulg., 18 ian. 1894; S. Paen. Ap., 21 febr. 1933).

128

O divino Pargoletto, che dopo i prodigi della vostra nascita in Betlemme volendo estendere a tutto il mondo la vostra infinita misericordia, chiamaste con celesti ispirazioni i Magi alla vostra culla convertita in trono di reale magnificenza, e benignamente accoglieste quei santi personaggi che, ossequenti alla divina voce, corsero ai vostri piedi riconoscendovi ed ado-

randovi come Principe della pace, Redentore degli uomini e vero Figlio di Dio; deh! rinnovate in noi i tratti della vostra bontà ed onnipotenza, illuminando il nostro intelletto, rafforzando la nostra volontà, infiammando il nostro cuore per conoscervi, servirvi, amarvi in questa vita, meritando così di godervi eternamente nell'altra.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 14 iul. 1924 et 15 ian. 1935).

129

« Passati gli otto giorni, il Bambino fu circonciso e gli fu posto nome Gesù ».

A riscaldare il cuore indurito e agghiacciato del peccatore, o divino Infante, non sarebbero bastati il freddo, i vagiti, la povertà e le lagrime del vostro presepio, ed ecco che, mentre sopra il vostro capo non s'erano ancora del tutto spente la luce e l'eco delle armonie angeliche, passò sopra le vostre carni, opera dello Spirito Santo, il coltello di pietra, che ne trasse alcune gocce di sangue. Ora, al mattino della vita, sono poche gocce; ma, giunta la sera, lo verserete tutto fino all'ultima stilla. Deh, fate comprendere anche a noi la imprescindibile necessità di espiare la colpa e di riconquistare la libertà dello spirito con la mortificazione dei bassi istinti della carne.

La grandezza del vostro nome, o Gesù, precedette, accompagnò e seguì la vostra comparsa sulla terra. Fin dall'eternità il Padre lo portò scritto a caratteri d'oro nella sua mente ed agli albori della creazione le arpe angeliche gli intonarono un inno di gloria ed i giusti gli mandarono, come salutandovi da lontano, un gioioso palpito di speranza. E al suo primo echeggiare nel mondo, il cielo si aperse, la terra respirò e l'inferno tremò. La sua storia non segna che trionfi. Da venti secoli esso forma la parola d'ordine dei credenti, che sempre vi attinsero e vi attingeranno la ispirazione e l'impulso per spingersi fino alle più eccelse vette della virtù. Esso resterà sempre la voce dolcissima, che, risuonata sulla vostra culla e scritta sulla vostra Croce, ricorderà perennemente all'uomo Colui, che lo amò fino a morire per lui.

O Gesù, impossessatevi pienamente del nostro cuore e fatelo vivere solo del vostro amore, finchè a voi abbia consacrato il suo ultimo palpito.

Fidelibus, qui die festo Circumcisionis Domini supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 4 maii 1941).

130

Alla vostra nascita, o Gesù, una stella si accese di un singolare splendore nel cielo d'orien-

te e condusse a Betlemme i Magi, i rappresentanti dei lontani popoli pagani, come l'angelo radiante di luce aveva chiamato alla vostra culla i pastori, i rappresentanti del popolo eletto. Anche i gentili, come gli ebrei, dovevano riconoscere in voi, tenero e povero Bambino, l'onnipotente Re dei secoli, il Salvatore dell'umanità. Nè scettro, nè corona dimostrava la vostra dignità regale; non soavi concenti, non schiere di angeli aleggianti sulla vostra culla rivelavano la vostra natura divina; ma l'astro raggiante sopra il vostro misero tetto accennava al cielo, alla terra, all'intero universo come vostro possesso assoluto e i Magi, che alla voce della vostra grazia erano prontamente venuti da lontano, non curando pericoli, vincendo difficoltà e affrontando ogni sacrificio, giunti ai vostri piedi, curvarono riverenti il ginocchio e la fronte, adorandovi e offrendovi in dono oro, incenso e mirra. Assetati di Dio, ne erano andati affannosamente in cerca e Voi vi eravate loro prodigiosamente rivelato ancora nella culla, riempiendoli di ineffabili gaudii e trasformandoli nei primi messaggeri delle vostre glorie ai popoli d'oriente.

Dopo l'apparizione della stella, che bastò a rendere i Magi vostri seguaci ardenti, con quanti prodigi, o Gesù, avete dimostrato la vostra di-

vinità! Eppure quante tenebre dominano ancora le nostre povere menti! Con quanta lentezza la nostra volontà cede, quando addirittura non resiste, agli amorosi impulsi della vostra grazia! Concedeteci quindi, o Gesù, la forza di rispondere sempre prontamente e generosamente alle vostre chiamate e fate che la luce divina della fede da voi accesa sopra di noi ancora nella culla ci accompagni sempre sul sentiero della vita, finchè, beati, potremo fissare le nostre pupille in voi al lume della gloria.

Fidelibus, qui die sollemni Epiphaniae Domini supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 4 maii 1941).

Art. IV

Ad Iesum in SS.mo Eucharistiae Sacramento

I

PRECES IACULATORIAE, INVOCATIONES

131

Anima Christi, sanctifica me. – Corpus Christi, salva me. – Sanguis Christi, inebria me. – Aqua lateris Christi, lava me. – Passio Christi, conforta me. – O bone Iesu, exaudi me. – Intra tua vulnera absconde me. – Ne permittas me separari a te. – Ab hoste maligno defende me.

– In hora mortis meae voca me: – Et iube me venire ad te, – Ut cum Sanctis tuis laudem te, – In saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia septem annorum, si post sacram Communionem invocationes pie recitatae fuerint.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocationum recitatio devote peracta fuerit (S. C. Indulg., 9 ian. 1854).

132

a) **Salve, salutaris Victima, pro me et omni humano genere in patibulo Crucis oblata.**

b) **Salve, pretiose Sanguis, de vulneribus Crucifixi Domini nostri Iesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens.**

c) **Recordare, Domine, creaturae tuae, quam tuo pretioso Sanguine redemisti.**

Indulgentia quingentorum dierum pro singulis iaculatoriis precibus etiam separatim, si in Missae elevatione recitatae fuerint (S. C. Indulg., 30 iun. 1893; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

133

Dominus meus et Deus meus!

Fidelibus, qui, cum in Missae sacrificio sacratissima Hostia elevatur, vel dum ipsa manet solemniter exposita, praefatam iaculatoriam precem fide, pietate et amore recitaverint, conceditur :

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria semel in hebdomada, si praefata pia praxis quotidie habita fuerit, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Sum-

mi Pontificis (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 18 maii 1907, exhib. 12 iun. 1907; S. Paen. Ap., 21 iun. 1927 et 26 ian. 1937).

134

O Iesu in sanctissimo Sacramento, miserere nobis!

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 20 maii 1911).

135

Laudetur et adoretur in aeternum sanctissimum Sacramentum.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie per integrum mensem devote repetita (S. C. S. Officii, 10 apr. 1913).

136

Sia lodato e ringraziato ogni momento il santissimo e divinissimo Sacramento.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia trium annorum, si coram Ssmo Eucharistiae Sacramento iaculatoria prex recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana precis iaculatoriae recitatio in integrum mensem producta fuerit (Pius VI, Secr. a suppl. libell., 24 maii 1776; S. C. S. Officii, 10 apr. 1913 et 15 apr. 1915; S. Paen. Ap., 12 iul. 1941).

137

Vi adoro ogni momento,
O vivo Pan del ciel, gran Sacramento.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia trium annorum, si coram Ssmo Eucharistiae Sacramento iaculatoria prex recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem iaculatoria prex devote recitata fuerit (S. Paen. Ap., 4 iun. 1934 et 12 iul. 1941).

138

O salutaris Hostia,
Quae caeli pandis ostium,
Bella premunt hostilia;
Da robur, fer auxilium.

Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia septem annorum, si coram Ssmo Eucharistiae Sacramento invocatio recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pie repetita fuerit (S. Paen. Ap., 4 iun. 1934 et 12 iul. 1941).

139

Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis (ex *Miss. Rom.*).

Fidelibus, qui post consecrationem in Missae sacrificio relatam precatiunculam devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pie persolverint (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

140

Bone pastor, panis vere,
Iesu, nostri miserere:
Tu nos pasce, nos tuere:
Tu nos bona fac videre
In terra viventium.

Tu, qui cuncta scis et vales;
Qui nos pascis hic mortales;
Tuos ibi commensales,
Coheredes et sodales
Fac sanctorum civium. Amen.

(ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia septem annorum, si coram Ssmo Eucharistiae Sacramento invocatio recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie per integrum mensem pie iterata (S. Paen. Ap., 15 iun. 1935 et 12 iul. 1941).

141

Ave verum Corpus natum ex Maria Virgine.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem iaculatoria prex devote recitata fuerit (S. Paen. Ap., 23 iun. 1939).

II

OBSEQUIA

142

Fidelibus, quoties ad sonum in signum elevationis Ssmi Eucharistiae Sacramenti perdurante Missae cele-

bratione aliquam precem fuderint ubicumque sese repererint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum (Gregorius XIII, Constit. Ap. « Ad excitandum », 10 apr. 1580; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

143

Fidelibus, qui Ssmum Eucharistiae Sacramentum devote comitati fuerint, cum ad infirmos pro viatico defertur, conceditur:

Indulgentia septem annorum, si cum lumine Ipsum comitati fuerint;

Indulgentia quinque annorum, si absque lumine Idem comitati fuerint;

Indulgentia trium annorum, si aliquo detenti impedimento, cum Ssmum Sacramentum comitari nequiverint, alium ea occasione lumen deferentem miserint;

Indulgentia centum dierum, si tempore, quo Ssmum Sacramentum uti supra defertur, cum Illud comitari nequiverint, semel *Pater* et *Ave* recitaverint (Paulus V, 3 nov. 1606; Innocentius XI, 1 oct. 1678; Innocentius XII, Constit. « Debitum Pastoralis Officii », 5 ian. 1695; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

144

Fidelibus, qui Ssmum Sacramentum cum vel absque lumine comitati fuerint, cum ad infirmos sollemniter defertur, conceditur:

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 25 sept. 1933).

145

Fidelibus, qui Ssmum Eucharistiae Sacramentum, in sacro Sepulcro (ut aiunt) reconditum per biduum Maioris Hebdomadae, devote visitaverint, et quinquies *Pater, Ave* et *Gloria* ad debitas ob Ssmae Eucharistiae institu-

tionem grates agendas, atque praeterea semel easdem preces ad mentem Summi Pontificis recitaverint, conceditur:

Indulgentia quindecim annorum;

Indulgentia plenaria semel una et altera die, si praeterea sacramentalem confessionem peregerint et eucharisticam Mensam participaverint (S. C. Indulg., 7 mart. 1815; S. Paen. Ap., 20 maii 1935).

Nota. — Eaedem indulgentiae acquiri possunt in regionibus ubi mos est, a Romana Ecclesia probatus, Ssmum Eucharistiae Sacramentum, in Maiore Hebdomada, fidelium adorationi etiam ultro biduum proponendi (S. Paen. Ap., 20 mart. 1936).

146

a) Fidelibus, qui obsequium debitae genuflexionis erga Ssmum Eucharistiae Sacramentum in tabernaculo reconditum rite praestiterint, recitantes hanc vel similem iaculatoriam precem: *Gesù, mio Dio, vi adoro qui presente nel Sacramento del vostro amore,* conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum;

b) si debitam genuflexionem utroque genu coram augustissimo Sacramento fidelium adorationi exposito peregerint, eamdemque vel similem, ut supra, recitationem persolverint:

Indulgentia quingentorum dierum;

c) si vero, ecclesiam vel oratorium ubi sanctissimum Sacramentum asservatur praetereuntes, aliquod externum obsequium praestiterint:

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 28 iun. 1908, exhib. 3 iul. 1908; S. C. S. Officii, 22 mart. 1917; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

147

Fidelibus, qui templum ingressi, ante omnes pietatis actus, ad altare, ubi Ssma Eucharistia asservatur, se con-

tulerint ibique Ssmum Sacramentum vel breviter adoraverint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 15 iun. 1923).

148

Fidelibus, qui Ssmum Sacramentum devote visitaverint et quinquies *Pater, Ave* et *Gloria* recitaverint, ac praeterea semel has easdem preces ad mentem Summi Pontificis iteraverint, conceditur:

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria, si per septem dies continuos idem obsequium devote praestiterint, additis confessione et sacra Communione (Breve Ap., 15 sept. 1876 et 3 iun. 1932).

149

Fidelibus, qui, propter morbum aliasve iustas causas impediti quominus ad ecclesiam accedere possint ut Iesum in Ssmo Sacramento visitent, in propria domo, vel ubi impedimentum eos detinet, talem visitationem in spiritu fidei erga realem Iesu Christi praesentiam in Sacramento Altaris peregerint, recitando quinquies *Pater, Ave* et *Gloria* ac insuper semel has easdem preces ad mentem Summi Pontificis persolvendo, conceditur:

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si, occurrentibus iisdem rerum adiunctis, per septem dies non intermissos huiusmodi visitationem compleverint (S. Paen. Ap., 12 apr. 1935).

150

Fidelibus, qui sollemnibus eucharisticis processionibus, sive introrsum in sacris aedibus sive publice ductis, interfuerint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria, dummodo sacramentalem con-

fessionem instituerint, caelestem Panem sumpserint et ad Summi Pontificis mentem oraverint (S. Paen. Ap., 25 sept. 1933 et 10 iul. 1936).

III
PRIMA COMMUNIO

151

Fidelibus, qui sive prima vice ad sacram Synaxim accesserint, sive piis primae Communionis caeremoniis adstiterint, conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. C. Indulg., 12 iul. 1905; S. Paen. Ap., 17 maii 1927).

152

a) Fidelibus, qui per dimidium saltem horae in erudiendis pueris, ad Eucharisticam Communionem primum accessuris, operam impenderint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum.

b) Iisdem vero, qui praeterea recitaverint orationem:

O Jésus, qui nous avez aimés jusqu'aux ineffables excès de l'Eucharistie, enflammez-nous d'un zèle ardent pour procurer votre gloire, en préparant dignement les enfants qui doivent s'approcher pour la première fois de votre Table sainte. Préservez, ô Cœur sacré de Jésus, ces jeunes âmes des atteintes du mal, affermissez leur foi, augmentez leur amour, et ornez-les de toutes les vertus qui les rendront dignes de vous recevoir. Ainsi soit-il. – Saint Jean Baptiste, Précurseur du Messie, préparez la voie à Jésus dans le cœur des enfants. – Saint Tharsicius,

protégez les enfants de la première Communion.

conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 21 oct. 1908, exhib. 14 nov. 1908; S. Paen. Ap., 16 apr. 1936).

IV

ORATIONES ANTE COMMUNIONEM

153

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus (Ps. XLI, 2).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, si quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit, accedente sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 23 apr. 1932).

154

Veni, Domine, et noli tardare (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, dummodo actus desiderii quotidie per integrum mensem elicitus fuerit et praeterea sacramentalis confessio, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatio et oratio ad Summi Pontificis mentem additae fuerint (S. Paen. Ap., 12 maii 1934).

155

Perceptio Corporis tui, Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proveniat in iudicium et condemnationem; sed

pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis et ad medelam percipiendam: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria, si quotidie per integrum mensem oratio devote recitata fuerit, additis sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 15 mart. 1935).

156

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum, si ter precatiuncula devote repetita fuerit.

Indulgentia plenaria, si quotidie per integrum mensem terna recitatio expleta fuerit, accedente sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 22 nov. 1936).

157

Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam aeternam. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, si quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit, additis sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 10 iun. 1940).

158

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi; accedo tamquam infirmus ad medicum vitae, immundus ad fontem misericordiae, caecus ad lumen claritatis aeternae, pauper et egenus ad Dominum caeli et terrae. Rogo ergo immensae largitatis tuae abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare caecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem; ut panem Angelorum, Regem regum et Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animae meae. Da mihi, quaeso, Dominici Corporis et Sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem et virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, et inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Amen (S. Thomas Aq.).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria, dummodo quotidiana orationis re-

citatio in integrum mensem producta fuerit et praeterea sacramentalis confessio, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatio et ad mentem Summi Pontificis preces additae fuerint (S. Paen. Ap., 10 dec. 1936).

NOTA. — Oratio ad B. Mariam V. ante Communionem recitanda invenitur pag. 237, n. 351.

V
GRATIARUM ACTIO POST COMMUNIONEM

159

Quanto soave è la dolcezza del vostro Pane celeste! Quanto ammirabile è la tranquillità e piena la pace di chi vi riceve, dopo aver detestate e sinceramente confessate le proprie colpe! Siate benedetto le mille volte, mio Gesù! Allorchè io ero in peccato, ero infelice. Ora sento non solamente tranquilla l'anima mia, ma parmi di pregustare la pace del paradiso! Ah! è pur vero che il nostro cuore è fatto per voi, mio amato Signore, e che solamente gode allorchè in voi si riposa! Io pertanto vi rendo grazie e fermamente propongo di fuggire sempre il peccato e le sue occasioni, e di fissare la mia dimora nel vostro divin Cuore, d'onde aspetto l'aiuto per amarvi fino alla morte. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, si quotidie per integrum mensem oratio devote repetita fuerit, accedente sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. C. Indulg., 3 iun. 1896; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

160

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui Domini nostri Iesu Christi. Et precor, ut haec sancta communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei et scutum bonae voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiae et libidinis exterminatio, caritatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio; contra insidias inimicorum omnium tam visibilium quam invisibilium firma defensio; motuum meorum tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio, in te uno ac vero Deo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi Tu cum Filio tuo et Spiritu Sancto Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata et felicitas perfecta. Amen (S. Thomas Aquin.).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria, oratione quotidie in integrum mensem pie reiterata et additis sacramentali confessione,

alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et precibus ad Summi Pontificis mentem (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

161

Dolcissimo e benignissimo Signor mio Gesù Cristo, che già siete entrato per vostra somma bontà in questa vile e povera dimora, ornatela ed arricchitela dei vostri tesori, acciocchè sia degna vostra abitazione. Riposate in essa, acciocchè in voi solo riposi il mio cuore. Non vi basti, o Signore, l'avermi dato il vostro Corpo sacrosanto, datemi ancora i tesori e le grazie che portate con voi; perchè poco mi gioverà l'aver mangiato il pane della vita, se resterò digiuno della vostra grazia. Datemi, o Signore, un cuore tutto trasformato in voi per amore; datemi una vita che sia tutta vostra, una morte tranquilla, la quale sia principio dell'eterna vita, che, in virtù di questo Sacramento, aspetto, chiedo e spero da voi, eterno mio Dio. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 8 iul. 1935).

162

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti, libera me per sacrosanctum Corpus tuum, quod ego indignus sumere praesumpsi, ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis, et fac me tuis semper

inhaerere mandatis et a te nunquam separari permittas.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, si quotidie per integrum mensem oratio devote recitata fuerit et praeterea sacramentalis confessio, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatio et ad mentem Summi Pontificis preces additae fuerint (S. Paen. Ap., 14 maii 1940).

NOTA. — Invocationes post Communionem recitandae inveniuntur, pag. 73, n. 131.

VI
ORATIO AD FOVENDUM USUM COMMUNIONIS QUOTIDIANAE

163

O dolcissimo Gesù, che veniste al mondo per dare a tutte le anime la vita della grazia vostra, e che, per conservarla ed alimentarla in esse, voleste essere e la quotidiana medicina della loro infermità ed il loro quotidiano sostentamento; umilmente vi preghiamo, per il vostro Cuore così ardente dell'amor nostro, a diffondere sopra di tutte il vostro divino Spirito, affinchè quelle, che sventuratamente sono in peccato mortale, convertendosi a voi, riacquistino la vita della grazia perduta, e quelle che, per vostro dono, vivono già di questa vita divina, ogni giorno, quando possono, si accostino devotamente alla vostra sacra mensa, onde per mezzo

della quotidiana Comunione, ricevendo ogni giorno il contravveleno dei loro peccati veniali quotidiani, ed ogni giorno alimentando in sè la vita della grazia vostra, purificate così sempre più, giungano finalmente al conseguimento della vita con voi beata. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio pia mente recitata fuerit (Pius X, Audientia 30 maii 1905, exhib. 3 iun. 1905; S. Paen. Ap., 17 maii 1935).

NOTA. — Alia oratio ad B. M. Virginem a Sanctissimo Sacramento invenitur pag. 304, n. 418.

VII
ACTUS COMMUNIONIS SPIRITUALIS

164

Fidelibus, qui spiritualis Communionis actum, quavis adhibita formula, elicuerint, conceditur :

Indulgentia trium annorum ;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem actus perfectus fuerit (S. Paen. Ap., 7 mart. 1927 et 25 febr. 1933).

NOTA. — Sequentes ad exemplum proponuntur formulae :

a) **Gesù mio, credo che Voi state nel santissimo Sacramento. Vi amo sopra ogni cosa e vi desidero nell'anima mia. Giacchè ora non posso ricevervi sacramentalmente, venite almeno spiritualmente nel mio cuore. Come già venuto, io**

vi abbraccio e tutto mi unisco a voi; non permettete che io mi abbia a separare da voi (S. Alfonso M. de' Liguori).

b) **A vos pieds, ô mon Jésus, je me prosterne et je vous offre le repentir de mon cœur contrit, qui s'abaisse dans son néant et en votre sainte présence. Je vous adore dans le Sacrement de votre amour, l'ineffable Eucharistie. Je désire Vous recevoir dans la pauvre demeure que vous offre mon âme. En attendant le bonheur de la Communion sacramentelle, je veux Vous posséder en esprit. Venez chez moi, ô mon Jésus, puisque moi je viens chez vous! Que votre amour embrase tout mon être pour la vie et pour la mort. Je crois en Vous, j'espère en Vous, je Vous aime. Ainsi soit-il** (Card. R. Merry del Val).

VIII
HYMNUS, RHYTHMUS ET SEQUENTIA

165
Hymnus

Pange, lingua, gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremae nocte coenae
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbae duodenae
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitque sanguis Christi merum;
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori Genitoque
Laus et iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque

Sit et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

℣. Panem de caelo praestitisti eis,
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus: Qui vivis et régnas in saecula saeculorum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia quinque annorum, si duae tantum postremae strophae cum versiculo et oratione pie recitatae fuerint.

Indulgentia decem annorum, si hymnus vel eiusdem duae tantum postremae strophae cum versiculo et oratione coram Ssmo Eucharistiae Sacramento recitatae fuerint.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem hymnus vel saltem duae postremae strophae cum versiculo et oratione devote recitatae fuerint (S. C. Indulg., 24 aug. 1818; S. Paen. Ap., 15 sept. 1935 et 12 iul. 1941).

166

Rhythmus

Adoro te devote, latens Deitas,
Quae sub his figuris vere latitas;
Tibi se cor meum totum subiicit,
Quia te contemplans, totum deficit.

**Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur;
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.**

**In Cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul et humanitas:
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto quod petivit latro paenitens.**

**Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor:
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.**

**O memoriale mortis Domini,
Panis vivus vitam praestans homini:
Praesta meae menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sapere.**

**Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine:
Cuius una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.**

**Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro, fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuae gloriae. Amen.**

(S. Thomas Aquin.).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia septem annorum, si rhythmus vel eiusdem postrema tantum stropha coram Ssmo Eucharistiae Sacramento recitatus fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana rhythmi recitatione in integrum mensem producta (S. C. Indulg., 15 iun. 1895; S. Paen. Ap., 12 mart. 1936 et 12 iul. 1941).

167

Sequentia

Lauda, Sion, Salvatorem,
Lauda ducem et pastorem
In hymnis et canticis.

Quantum potes, tantum aude:
Quia maior omni laude,
Nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis
Panis vivus et vitalis
Hodie proponitur.

Quem in sacrae mensa coenae
Turbae fratrum duodenae
Datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora,
Sit iucunda, sit decora
Mentis iubilatio.

Dies enim solemnis agitur,
In qua mensae prima recolitur
Huius institutio.

In hac mensa novi regis,
Novum Pascha novae legis,
Phase vetus terminat.

Vetustatem novitas,
Umbram fugat veritas,
Noctem lux eliminat.

Quod in coena Christus gessit,
Faciendum hoc expressit
In sui memoriam.

Docti sacris institutis,
Panem, vinum, in salutis
Consecramus hostiam.

Dogma datur christianis,
Quod in carnem transit panis,
Et vinum in sanguinem.

Quod non capis, quod non vides,
Animosa firmat fides,
Praeter rerum ordinem.

Sub diversis speciebus,
Signis tantum, et non rebus,
Latent res eximiae.

Caro cibus, sanguis potus
Manet tamen Christus totus,
Sub utraque specie.

A sumente non concisus,
Non confractus, non divisus:
Integer accipitur.

Sumit unus, sumunt mille:
Quantum isti, tantum ille:
Nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali:
Sorte tamen inaequali,
Vitae vel interitus.

Mors est malis, vita bonis:
Vide paris sumptionis
Quam sit dispar exitus.

Fracto demum Sacramento,
Ne vacilles, sed memento,
Tantum esse sub fragmento,
Quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura:
Signi tantum fit fractura:
Qua nec status, nec statura
Signati minuitur.

Ecce panis angelorum,
Factus cibus viatorum:
Vere panis filiorum,
Non mittendus canibus.

In figuris praesignatur,
Cum Isaac immolatur:

Agnus paschae deputatur:
Datur manna patribus.

Bone pastor, panis vere,
Iesu, nostri miserere:
Tu nos pasce, nos tuere:
Tu nos bona fac videre
In terra viventium.

Tu, qui cuncta scis et vales:
Qui nos pascis hic mortales:
Tuos ibi commensales,
Coheredes et sodales
Fac sanctorum civium. Amen.

(ex *Missali Rom.*).

Indulgentia septem annorum, die festo Ssmi Corporis Christi et durante subsequenti octavario.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo praefato die festo et singulis octavae diebus sequentia devote reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 28 nov. 1936).

IX
PIA EXERCITIA

168
Hora Sancta

Fidelibus, qui in qualibet ecclesia aut publico vel (pro legitime utentibus) semipublico oratorio, ad recolendam Iesu Christi Passionem et Mortem et ad flagrantissimum eius amorem, quo ductus divinam Eucharistiam instituit, meditandum colendumque, pium exercitium, quod vulgo « Horam Sanctam » vocant, publice peractum, per integram horam participaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria, dummodo peccata sua sacramentali paenitentia expiaverint, ad eucharisticam Mensam accesserint et ad Summi Pontificis mentem preces fuderint.

Iis vero, qui, saltem corde contrito, pium hoc exercitium publice vel privatim peregerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum (Secr. Mem., 14 febr. 1815 et 6 apr. 1816; S. C. Indulg., 18 iun. 1876; S. Paen. Ap., 21 mart. 1933).

169

Solemnis expositio Ssmi Sacramenti

a) Solemnis expositio Ssmi Sacramenti in forma, quam dicunt, *Orationis XL Horarum,* ea proprie est quae fit iuxta Instructionem Clementis Pp. VIII « Graves et diuturnae », quae idcirco ab eius nomine Clementina nuncupatur, quaeque primum pro Urbe indicta die 25 novembris anno 1592, dein sensim aliis in locis non paucis in usum inducta fuit.

Ad huius Instructionis normam, quae Romae adhuc stricte servatur, Ssmum Sacramentum in ostensorio prope meridiem unius diei, qui ut primus computatur, publicae fidelium adorationi expositum, sine ulla, neque noctu, intermissione ita permanet usque ad meridiem diei tertii.

Pro expositione tali modo peracta, si visitatio Sanctissimi Sacramenti, prout supra n. 148 praescribitur, perfecta fuerit, conceditur:

Indulgentia quindecim annorum;

Indulgentia plenaria semel in die, singulis expositionis diebus, additis sacramentali confessione et sacra Communione;

Privilegium altarium, perdurante expositione.

b) Ubi vero, iudice loci Ordinario, expositio solemnis secundum Instructionem Clementinam fieri nequit, modo fit qui *ad instar* vocari potest. Iste modus est sequens: Ssmum Sacramentum quacumque hora matutina

vel circa meridiem publicae adorationi fidelium in ostensorio exponitur et, perdurante ipso die et die altero huiusmodi expositione, die tertio, meridie aut de sero deponitur, quamvis noctu expositio intermittatur.

Etiam pro expositione hoc modo peracta, eaedem indulgentiae et altarium privilegium iisdem conditionibus, ut supra, conceduntur.

c) Ubi continua habetur Ssmi Sacramenti solemnis in ostensorio expositio, saltem per mensem, etiamsi noctu interrumpatur, si Ssma Eucharistia, prout n. 148 statuitur, visitata fuerit, conceditur :

Indulgentia quindecim annorum;

Indulgentia plenaria semel tantum singulis hebdomadis, accedente sacramentali confessione et sacra Communione ;

Privilegium altarium, quolibet die.

d) Quotiescumque alio modo provisum minime sit de aliqua indulgentia acquirenda, pro quavis alia Eucharistiae palam expositae visitatione, tribuitur :

Indulgentia decem annorum (S. C. Indulg., 8 dec. 1897 ; S. C. S. Officii, 22 ian. 1914 ; can. 917 § 2 C. I. C. ; S. Paen. Ap., 24 iul. 1933).

170

Novendiales preces ante festum Ssmi Corporis Christi

Fidelibus, qui novendiali pio exercitio, ante festum Ssmi Corporis Christi *publice* peracto, devote interfuerint, conceditur :

Indulgentia decem annorum quolibet die ;

Indulgentia plenaria, si per dies saltem quinque supplicationibus novendialibus adstiterint et praeterea suorum peccatorum veniam obtinuerint, eucharisticam Mensam participaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

Iis vero, qui praefato tempore preces vel alia pietatis obsequia in honorem Ssmi Corporis Christi *privatim* praestiterint cum proposito idem per novem dies non intermissos explendi, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel quolibet die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, novendiali exercitio expleto: at ubi hoc publice habetur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (S. C. Indulg., 8 maii 1907; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

171

Festum et octava Ssmi Corporis Christi

Fidelibus, qui die festo Ssmi Corporis Christi et per eius octavam Ssmum Eucharistiae Sacramentum, prout supra, pag. 80, n. 148 statuitur, devote visitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria singulis diebus, additis sacramentali confessione et sacra Communione (S. Paen. Ap., 16 iun. 1933 et 15 sept. 1949).

Nota. — Quoad sollemnem eucharisticam pompam, quae die festo Ssmi Corporis Christi et per octavam duci solet, cfr. pag. 80, n. 150.

172

Triduanae preces infra octavam Ssmi Corporis Christi

Fidelibus, qui adstiterint supplicationibus, peragendis in singulis cathedralibus et paroecialibus ecclesiis, ad normam Epistolae S. C. Indulg., diei 10 apr. 1907, feria VI, sabbato et dominica infra octavam solemnitatis Corporis Christi, vel alio anni tempore, etiam mutatis hebdomadae diebus (S. C. Indulg., 8 apr. 1908), iudicio Ordinarii statuendo, conceditur:

Indulgentia decem annorum quolibet triduanarum precum die;

Indulgentia plenaria triduo expleto, si eidem quotidie adfuerint, confessionem sacramentalem peregerint et sacram Communionem susceperint.

Iis vero, qui uno ex tribus praefatis diebus in aliqua ecclesia, simul congregati, ad sacras Epulas omnes accesserint, conceditur:

Indulgentia plenaria, si praeterea admissa sua confessi fuerint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. C. Indulg., 10 apr. 1907; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

173

Sanctae Missae applicatio in reparationem

Fidelibus, qui, oblata stipe, curaverint Missae sacrificium celebrari ad reparandas hominum iniurias Ssmo Eucharistiae Sacramento illatas, conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 15 nov. 1907, exhib. 19 nov. 1907).

174

Pium exercitium reparationis

a) Fidelibus, quolibet ex novem diebus non intermissis, quos elegerint, ad reparandas hominum iniurias Ssmo Eucharistiae Sacramento illatas, si meditationibus vel piis precibus vacaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum.

b) Quoties vero, durante pio exercitio, Missae sacrificio adstiterint, conceditur:

Indulgentia decem annorum.

c) Novendiali exercitio absoluto conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 15 nov. 1907, exhib. 19 nov. 1907: Benedictus XV, Rescr. *Manu Propr.,* 25 nov. 1916, exhib. 30 dec. 1916; S. Paen. Ap., 21 maii 1933).

175

Mensis eucharisticus

Fidelibus, qui uno per annum mense in honorem Ssmi Eucharistiae Sacramenti preces vel alia pietatis obsequia devote praestiterint, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel quolibet mensis die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem pium exercitium expleverint (S. Paen. Ap., 3 iul. 1928 et 18 mart. 1932).

176

Dies eucharisticus

Fidelibus, qui *die* ita dicto *eucharistico,* in quo Ssmum Eucharistiae Sacramentum a mane usque ad vesperam publicae adorationi exponitur, Ipsum visitaverint, prout supra n. 148 praescribitur, conceditur:

Indulgentia quindecim annorum;

Indulgentia plenaria semel, additis sacramentali confessione et sacra Communione (S. Paen. Ap., 10 apr. 1934).

X

ACTUS ADORATIONIS AC REPARATIONIS ET GRATIARUM ACTIO

177

Actus adorationis et gratiarum actio

Io vi adoro, Eterno Padre, e vi ringrazio dell'amore infinito, col quale per redimermi vi siete degnato mandare il vostro Figlio Unigenito fattosi cibo dell'anima mia. Vi offro tutti gli atti di adorazione e di ringraziamento, che vi fanno gli Angeli ed i Santi in cielo, e le anime

giuste in terra. Vi lodo, vi amo e vi ringrazio con tutte le lodi, l'amore ed i ringraziamenti onde vi loda, vi ama e vi ringrazia lo stesso vostro Figlio: e vi prego a fare, ch'Egli sia da tutti conosciuto, amato, onorato, ringraziato e degnamente ricevuto in questo divinissimo Sacramento.

Pater, Ave, Gloria.

Io vi adoro, Eterno Figlio, e vi ringrazio dell'amore infinito, col quale vi siete incarnato per me, nasceste in una stalla, foste allevato in una bottega e voleste patire fame, sete, freddo, caldo, pene, stenti, disprezzi, persecuzioni, flagelli, spine, chiodi e morte sopra un durissimo tronco di Croce. Vi ringrazio con tutta la Chiesa militante e trionfante dell'infinita carità, con la quale avete istituito il Ssm̃o Sacramento per cibo dell'anima mia. Vi adoro in tutte le Ostie consacrate del mondo, e vi ringrazio anche per quelli che non vi conoscono e non vi ringraziano. Vorrei poter dare la vita per fare che da tutti foste conosciuto, amato ed onorato in questo Sacramento di amore, e per impedire le irriverenze che si commettono ed i sacrilegi che si fanno. Vi amo, Gesù mio, e desidero di amarvi e ricevervi con l'amore, con la purità, e con gli affetti della Ssm̃a vostra Madre, e con l'amore e

perfezione dello stesso vostro purissimo Cuore. Deh! amabilissimo sposo dell'anima mia, operate, venendo sacramentato in me, quegli effetti per i quali ci venite, e fatemi prima morire, che ricevervi indegnamente.

Pater, Ave, Gloria.

Io vi adoro, Eterno Spirito, e vi ringrazio dell'amore infinito, col quale avete operato l'ineffabile mistero della Incarnazione, e per quella infinita carità, con la quale formaste del sangue purissimo di Maria Vergine il corpo sacratissimo di Gesù, che sacramentato è il cibo dell'anima mia; vi prego ad illuminare la mia mente e a purificare il cuor mio e quello di tutti gli uomini per conoscere questo gran beneficio di amore, e ricevere degnamente il Ssño Sacramento.

Pater, Ave, Gloria.

Fidelibus, qui supra relatas preces coram Ssño Sacramento pia mente recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria, prima feria quinta cuiusvis mensis, si praeterea peccatorum suorum veniam obtinuerint, caelesti Pabulo enutriti fuerint et ad Summi Pontificis mentem oraverint (Secret. Mem., 17 oct. 1796; S. Paen. Ap., 31 mart. 1931).

178

Actus adorationis et reparationis

I. **Vi adoro profondamente, o mio Sacramentato Gesù; vi riconosco per vero Dio e vero Uomo, e con questo atto di adorazione intendo di supplire alla freddezza di tanti cristiani, che nel passare dinanzi ai vostri templi, e talvolta ancora dinanzi al sacro Ciborio, in cui vi degnate di stare tutte le ore in un'amorosa impazienza di comunicarvi ai vostri fedeli, neppure vi salutano, e con la loro indifferenza si mostrano, come gli Ebrei nel deserto, nauseati di questa manna celeste; e vi offro in ammenda di così grave tiepidezza il Sangue preziosissimo, che versaste dalle vostre Piaghe e specialmente da quella del vostro Costato, dentro la quale col mio spirito raccolto, replico mille e mille volte:**

Sia lodato e ringraziato ogni momento il santissimo e divinissimo Sacramento.

Pater, Ave, Gloria.

II. **Vi adoro profondamente, o mio Gesù; vi riconosco presente nel santissimo Sacramento, e con questo atto di adorazione intendo di supplire alla sconoscenza di tanti cristiani, i quali vedendovi recato ai poveri infermi per essere il loro conforto nel gran viaggio all'eternità, vi lasciano senza corteggio, ed appena vi degnano**

di un atto di esterna adorazione; e vi offro in ammenda di tanta freddezza il Sangue preziosissimo, che versaste dalle vostre Piaghe e specialmente da quella del vostro Costato, dentro la quale col mio spirito raccolto, replico mille e mille volte:

Sia lodato *ecc.* **Pater, Ave, Gloria.**

III. **Vi adoro profondamente, o mio Gesù, vero pane di vita eterna, e con questa adorazione intendo di compensare le tante ferite, che il vostro Cuore soffre ogni giorno per la profanazione delle chiese, ove vi degnate di stare sotto le specie sacramentali per essere adorato ed amato dai vostri fedeli; e vi offro in ammenda di tante irriverenze il Sangue preziosissimo, che versaste dalle vostre Piaghe e specialmente da quella del vostro Costato, dentro la quale col mio spirito raccolto, replico ad ogni istante:**

Sia lodato *ecc.* **Pater, Ave, Gloria.**

IV. **Vi adoro profondamente, o mio Gesù, pane vivo disceso dal cielo, e con questo atto di adorazione intendo di supplire a tante e tante irriverenze, che tutto il giorno si commettono dai vostri fedeli nell'assistere alla santa Messa, in cui per eccesso di amore rinnovate in modo**

incruento lo stesso Sacrificio, che già compiste sul Calvario per la nostra salute; e vi offro in ammenda di tanta ingratitudine il Sangue preziosissimo, che versaste dalle vostre Piaghe e specialmente da quella del vostro Costato, dentro la quale col mio spirito raccolto, unisco la mia voce a quella degli Angeli, che vi fanno devota corona, dicendo insieme con essi:

Sia lodato *ecc.* **Pater, Ave, Gloria.**

V. **Vi adoro profondamente, o mio Gesù, vera vittima di espiazione dei nostri peccati, e vi offro questo atto di adorazione in compenso dei sacrileghi oltraggi, che ricevete da tanti ingrati cristiani, che ardiscono di accostarsi a ricevervi nella Comunione col peccato mortale nell'anima. In ammenda di così abbominevoli sacrilegi vi offro le ultime gocce del vostro preziosissimo Sangue, che versaste dalle vostre Piaghe e specialmente da quella del vostro Costato, dentro la quale col mio spirito raccolto vi adoro, benedico ed amo, e replico insieme con tutte le anime devote del Ssmo Sacramento:**

Sia lodato *ecc.* **Pater, Ave, Gloria.**

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem preces devote recitatae fuerint (S. Rituum C., 26 aug. 1814; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

179

Actus reparationis

Con quella profonda umiltà che la Fede mi ispira, o mio Dio e mio Salvatore Gesù Cristo, vero Dio e vero Uomo, io vi amo con tutto il cuore, e vi adoro qui nascosto in risarcimento di tutte le irriverenze, profanazioni e sacrilegi, che ricevete nell'augustissimo Sacramento dell'Altare.

Vi adoro, o mio Dio, se non per quanto siete degno di essere adorato, nè quanto debbo farlo, almeno quanto io posso, e vorrei poterlo fare con quella perfezione, di cui sono capaci gli Angeli in cielo. Che siate da tutti, o Gesù mio, conosciuto, adorato, amato e ringraziato ogni momento nel santissimo e divinissimo Sacramento. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si reparationis actus quotidie per integrum mensem iteratus fuerit (S. C. Indulg., 21 ian. 1815; S. Paen. Ap., 4 oct. 1935).

XI
PRECES

180

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius; mens im-

pletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur.

℣. Panem de caelo praestitisti eis;

℟. Omne delectamentum in se habentem.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti; tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Tempore paschali sequens dicatur oratio:

Oremus.

Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde, ut, quos Sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia decem annorum, si preces coram Ssmo Eucharistiae Sacramento recitatae fuerint.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem antiphona cum adnexis versiculo et oratione repetita fuerit (S. Paen. Ap., 4 iun. 1934, 12 iul. 1941 et 29 sept. 1949).

XII
ORATIONES

181

Ecco fin dove è giunta la carità vostra eccessiva, o Gesù mio amantissimo. Voi delle vostre Carni e del preziosissimo vostro Sangue mi avete apprestata una mensa divina per donarmi tutto voi stesso. Chi mai vi spinse a tali trasporti di amore? Non altri certamente, che il vostro amorosissimo Cuore. O Cuore adorabile del mio Gesù, fornace ardentissima del divino amore, ricevete nella vostra Piaga sacratissima l'anima mia, affinchè in questa scuola di carità io impari a riamare quel Dio, che mi diè prove sì ammirabili dell'amor suo; e così sia.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana orationis recitatione in integrum mensem producta (Secr. Mem., 9 febr. 1818; S. Paen. Ap., 15 iul. 1932).

182

Signor mio Gesù Cristo, che per l'amore che portate agli uomini ve ne state notte e giorno in questo Sacramento tutto pieno di pietà ed amore, aspettando, chiamando ed accogliendo tutti coloro, che vengono a visitarvi, io vi credo presente nel Sacramento dell'Altare, vi adoro dal-

l'abisso del mio niente e vi ringrazio di quante grazie mi avete fatte, specialmente di avermi donato voi stesso in questo Sacramento, di avermi data per avvocata la vostra santissima Madre Maria e di avermi chiamato a visitarvi in questa chiesa. Io saluto oggi il vostro amantissimo Cuore ed intendo salutarlo per tre fini: primo, in ringraziamento di questo gran dono; secondo, per compensarvi di tutte le ingiurie, che avete ricevute da tutti i vostri nemici in questo Sacramento; terzo, intendo con questa visita adorarvi in tutti i luoghi della terra, dove Voi Sacramentato ve ne state meno riverito e più abbandonato. Gesù mio, io vi amo con tutto il cuore. Mi pento di avere per il passato tante volte disgustata la vostra bontà infinita. Propongo con la grazia vostra di non più offendervi per l'avvenire: ed al presente, miserabile qual sono, io mi consacro tutto a voi; vi dono e rinunzio tutta la mia volontà, gli affetti, i desiderii e tutte le cose mie. Da oggi avanti fate Voi di me e delle mie cose tutto quello che vi piace. Solo vi chiedo e voglio il vostro santo amore, la perseveranza finale e l'adempimento perfetto della vostra volontà. Vi raccomando le anime del purgatorio, specialmente le più devote del santissimo Sacramento e di Maria santissima. Vi raccomando ancora tutti i poveri peccatori.

Unisco infine, Salvatore mio caro, tutti gli affetti miei con gli affetti del vostro amorosissimo Cuore e così uniti li offerisco al vostro Eterno Padre, e lo prego in nome vostro che per vostro amore li accetti e li esaudisca (S. Alfonso Maria de' Liguori).

Fidelibus, qui supra relatam orationem coram Ssm̃o Eucharistiae Sacramento devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pia mente persolverint et praeterea sacramentalem confessionem peregerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint (Pius IX, Rescr. *Manu Propr.,* 7 septembris 1854; S. Paen. Ap., 25 febr. 1933).

183

Te, Iesu, verum Deum et Hominem hic in sancta Eucharistia praesentem, in genua humillime provolutus, cum fidelibus terrae et Sanctis caeli mente coniunctus, adoro; ac pro tanto beneficio intime gratus, te, Iesu, infinite perfectum atque infinite amabilem ex toto corde diligo.

Da mihi gratiam ne ullo modo te unquam offendam, atque ut, tua hac in terra eucharistica praesentia recreatus, ad tua aeterna ac beata in caelis praesentia una cum Maria perfruendum merear pervenire. Amen.

Indulgentia trium annorum semel in die (S. C. S. Officii, 18 mart. 1909; S. Paen. Ap., 30 oct. 1934).

184

Mon Dieu! Je crois fermement que Vous êtes réellement et corporellement présent au saint Sacrement de l'autel! Je vous y adore du plus profond de mon cœur, et je révère votre sainte présence avec toute l'humilité qui m'est possible. O mon âme, quelle consolation d'avoir toujours Jésus-Christ avec nous, de pouvoir lui parler cœur à cœur avec confiance. Faites, Seigneur, qu'après avoir adoré ici-bas votre sainte Majesté dans cet admirable Sacrement, je la puisse adorer éternellement dans le ciel. Ainsi soit-il.

Indulgentia quingentorum dierum (Breve Ap., 7 maii 1921; S. Paen. Ap., 22 ian. 1935).

185

Durante l'anno Voi, o Gesù, restate umilmente nascosto nel tabernacolo, attendendo, accogliendo e ascoltando le anime, che vengono ai vostri piedi a cercare compatimento e conforto nei dolori, lume e sostegno nelle prove della vita. Solo in questo giorno, lasciata la vostra solitudine silenziosa, Voi uscite e passate trionfalmente, benedicendo, per le vie e per le piazze in un tripudio di luci e di canti, di incensi e

di fiori, fra moltitudini festanti, che si prostrano e vi adorano.

Nella sinagoga di Cafarnao la folla scettica e ribelle alle vostre voci di fede e di amore vi abbandonò; ma nel Cenacolo, l'ultima sera di vostra vita mortale, quando le fosche ombre del tradimento già incombevano sulla vostra anima addolorata, Voi realizzaste la vostra divina promessa, perpetuando nella istituzione della santissima Eucaristia, come in un monumento vivente, l'amore infinito, di cui traboccava il vostro cuore verso l'umanità. Con questo augusto Sacramento Voi avreste prolungato la vostra presenza nel mondo fino al tramonto dei secoli e le anime, assidendosi al vostro celeste banchetto, avrebbero gustato le soavi irradiazioni della vostra grazia e le ineffabili delizie del vostro amore.

O Gesù, fatemi sentire il suggestivo fascino del vostro tabernacolo silenzioso, che non solo attrasse sempre gli umili, ma formò già e forma ancora sempre la delizia delle anime più belle e più grandi; concedetemi una fede viva ed un amore ardente verso di voi nascosto sotto le specie eucaristiche, affinchè, accostandomi spesso alla vostra mensa, dove è imbandito « il pane della vita », accolga in me il germe di una vita, che non morrà.

Fidelibus, qui die festo Ssmi Corporis Christi supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 10 maii 1941).

Art. V

Ad Iesum Crucifixum

I

PRECES IACULATORIAE, INVOCATIONES

186

Crux mihi certa salus.
Crux est quam semper adoro.
Crux Domini mecum.
Crux mihi refugium.

(S. Thomas Aq.).

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocationes devote recitatae fuerint (Pius IX, Rescr. *Manu Propr.,* 21 ian. 1874; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

187

O Crux, ave, spes unica.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie in integrum mensem pie iterata (S. Paen. Ap., 20 mart. 1934).

188

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 1 aug. 1934).

NOTA. — Alia invocatio invenitur pag. 74, n. 132-*a*).

II

OFFICIA DE PASSIONE D. N. I. C.

189

Officium Tenebrarum

Fidelibus, qui feriis IV, V et VI Maioris Hebdomadae Officiis, quae vocant, Tenebrarum interfuerint et psalmorum ac lectionum cantum aut devota lectione, aut piis super dominica Passione meditationibus vel orationibus, pro suo quisque captu, secuti fuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum unoquoque ex dictis diebus;

Indulgentia plenaria, si cunctis tribus diebus eidem pio exercitio vacaverint et praeterea peccata sua sacramentali paenitentia expiaverint, caelesti Epulo enutriti fuerint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. Paen. Ap., 16 mart. 1935).

190

Officium parvum Passionis D. N. I. C.

Fidelibus, qui Officium parvum Passionis D. N. I. C. recitaverint, salvo praescripto can. 932 C. I. C., conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum pro unaquaque hora eiusdem Officii;

Indulgentia septem annorum pro integro Officio;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem totum Officium devote recitatum fuerit (S. Paen. Ap., 6 apr. 1934).

III
ACTUS ADORATIONIS ET GRATIARUM ACTIO

191

Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 2 febr. 1934).

Fidelibus vero, qui pio animi affectu in Passionem ac Mortem D. N. I. C. *Credo* una cum supra relata precatiuncula recitaverint, conceditur:

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pia mente persolverint (S. Paen. Ap., 20 febr. 1934).

192

Signore, vi ringrazio che siete morto in Croce per i miei peccati (S. Paolo della Croce).

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie per integrum mensem devote iterata (S. Paen. Ap., 18 ian. 1918 et 10 mart. 1933).

IV
HYMNUS

193

Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.

Quae vulnerata lanceae
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavaret sordibus,
Manavit unda et sanguine.

Impleta sunt quae concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.

Arbor decora et fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Beata, cuius brachiis
Pretium pependit saeculi,
Statera facta corporis,
Tulitque praedam tartari.

O Crux, ave, spes unica,
Gentis redemptae gloria![1]
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.

Te, fons salutis, Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:

---

[1] Loco: *Gentis redemptae gloria,* dicatur: Tempore Passionis: *Hoc Passionis tempore!* — Tempore Paschali: *Paschale quae fers gaudium!* — In festo Exaltationis S. Crucis: *In hac triumphi gloria!*

Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde praemium. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem hymnus pie recitatus fuerit (S. C. Indulg., 16 ian. 1886; S. Paen. Ap., 29 apr. 1934).

V

VIA CRUCIS

194

Fidelibus, qui sive singulatim sive in comitatu, saltem corde contrito, pium exercitium *Viae Crucis,* legitime erectae, ad praescripta Sanctae Sedis, peregerint, conceditur:

Indulgentia plenaria quoties id egerint;

Alia Indulgentia plenaria, si eodem die quo memoratum pium exercitium peregerunt, vel etiam infra mensem ab eodem decies peracto ad sacram Synaxim accesserint;

Indulgentia decem annorum pro singulis stationibus, si forte incoeptum exercitium, quavis rationabili causa, ad finem non perduxerint.

Easdem indulgentias lucrari valent:

a) Navigantes, carceribus detenti, infirmi et illi qui morantur in partibus infidelium aut legitime impediuntur, quominus pium exercitium *Viae Crucis* forma ordinaria peragant, dummodo manu tenentes Crucifixum a sacerdote, legitima facultate munito, ad hoc benedictum, saltem corde contrito ac devote recitent, cum pia recordatione Passionis Domini, viginti *Pater, Ave* et *Gloria*, unum nempe pro qualibet statione, quinque in sanctorum Domini nostri Iesu Christi Vulnerum memoriam et unum iuxta mentem Summi Pontificis. Quod si omnes praescriptos *Pater, Ave* et *Gloria* ex rationabili causa recitare

nequiverint pro indulgentia plenaria, *partialem indulgentiam decem annorum* pro singulis *Pater* cum *Ave* et *Gloria* recitatis consequi valent.

b) Infirmi, qui vi morbi absque gravi incommodo vel difficultate pium exercitium *Viae Crucis* nec in forma ordinaria nec in forma supra statuta scilicet per recitationem viginti *Pater, Ave* et *Gloria* peragere possunt, dummodo cum affectu et animo contrito osculentur vel etiam tantum intueantur in Crucifixum ad hoc benedictum, eis a sacerdote vel ab aliqua alia persona exhibitum, et recitent, si possint, brevem aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et Mortis Iesu Christi Domini nostri (Clemens XIV, Audientia 26 ian. 1773; S. C. Indulg., 16 sept. 1859; S. Paen. Ap., 25 mart. 1931, 20 oct. 1931, 18 mart. 1932 et 20 mart. 1946).

VI

PIA EXERCITIA

195

Fidelibus, qui feria VI Maioris Hebdomadae per tres continuas horas publice vel privatim meditari studuerint quae tunc pro nobis passus est in Cruce quaeque sanctissima verba protulit moriens Redemptor mundi, vel etiam psalmos, hymnos aliasque vocales preces recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem peregerint, sacram Communionem feria V in Coena Domini vel infra hebdomadam paschalem acceperint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

Iis vero, qui reliquis anni sextis feriis, eiusdem divini Agonis memores, saltem per quadrantem eodem modo, ut supra, oraverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum singulis praedictis sextis feriis;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, ultima cuius-

libet mensis feria sexta, si continuis praecedentibus feriis sextis idem pium exercitium expleverint (S. C. Indulg., 14 febr. 1815; S. Paen. Ap., 8 sept. 1932).

196

Fidelibus, qualibet feria sexta cuiusvis hebdomadae, si septies *Pater, Ave* et *Gloria* coram imagine D. N. I. C. Crucifixi devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo singulis feriis sextis mensis eamdem recitationem devote persolverint (S. C. Indulg., 4 aug. 1837; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

197

Fidelibus, qui feria sexta, et quavis hora secundum locorum consuetudinem, ad sacri aeris pulsum in memoriam Domini nostri Iesu Christi morientis, flexis genibus, si commode fieri possit, quinquies *Pater* et *Ave* recitaverint, adiecta insuper ad Summi Pontificis mentem precatiuncula *Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum* vel alia eiusmodi, conceditur :

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si eidem pio exercitio, singulis mensis feriis sextis, devote vacaverint (S. Paen. Ap., 30 ian. 1933).

Eaedem indulgentiae lucrifieri possunt in locis ubi campanae sonus in more non est, dummodo praedictae preces recitentur aut primis horis post meridiem, in quas quidem incidit, iuxta veterem horarum diei computationem, hora nona, circa quam, ut sancti Evangelistae testantur, Iesus Christus in Cruce emisit spiritum, aut alia hora, qua, secundum diversorum locorum consuetudinem, solet dicta commemoratio fieri (S. Paen. Ap., 28 dec. 1935).

198

Fidelibus, qui in memoriam quinque Vulnerum D. N. I. C. quinquies *Pater, Ave* et *Gloria* cum precatiuncula *Sancta Mater, istud agas, — Crucifixi fige plagas — Cordi meo valide* pia mente recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eadem recitatio peracta fuerit (S. Paen. Ap., 9 iul. 1934).

VII

PRECES IN HONOREM QUINQUE VULNERUM D. N. I. C.

199

O bone Iesu, intra tua vulnera absconde me.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 21 dec. 1936).

200

℣. Deus, in adiutorium meum intende.

℟. Domine, ad adiuvandum me festina.

℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria santissima, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga santissima della vostra Mano destra. Vi ringrazio dell'amore infinito col quale voleste

sopportare tanti e sì atroci dolori per isconto dei miei peccati, che io detesto con tutto il cuore; vi domando la grazia di concedere alla Chiesa vittoria sui suoi nemici, ed a tutti i suoi figli di camminare santamente nella via dei vostri comandamenti.

Pater, Ave, Gloria.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria santissima, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga santissima della vostra Mano sinistra, e vi domando grazia per i poveri peccatori e per i moribondi, specialmente per quelli che non vogliono riconciliarsi con voi.

Pater, Ave, Gloria.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria santissima, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga santissima del vostro Piede destro, e vi chiedo la grazia che in tutto il clero e fra le persone a voi consacrate germoglino numerosi fiori di santità.

Pater, Ave, Gloria.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria santissima, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la

Piaga santissima del vostro Piede sinistro, e vi prego per la liberazione delle anime del purgatorio, principalmente di quelle che in vita furono più devote delle vostre sante Piaghe.

Pater, Ave, Gloria.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria santissima, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga santissima del vostro sacro Costato, e vi prego di benedire ed esaudire tutte quelle persone che si raccomandano alle mie preghiere.

Pater, Ave, Gloria.

℣. Virgo dolorosissima,

℟. Ora pro nobis (*tre volte*).

Gesù Crocifisso, avvalorate queste preghiere coi meriti della vostra Passione: concedetemi la santità della vita, la grazia di ricevere i santi Sacramenti in punto di morte e la gloria eterna. Amen.

Indulgentia trium annorum (S. C. S. Officii, 6 maii 1915; S. Paen. Ap., 15 ian. 1935).

201

En ego, o bone et dulcissime Iesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus, at-

que veram peccatorum meorum paenitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere: dum magno animi affectu et dolore tua quinque Vulnera mecum ipse considero, ac mente contemplor, illud prae oculis habens, quod iam in ore ponebat tuo David Propheta de te, o bone Iesu: « Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea » (Ps. 21 v. 17 et 18).

Fidelibus, supra relatam orationem coram Iesu Christi Crucifixi imagine pie recitantibus, conceditur:

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem instituerint, caelestem Panem sumpserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. C. Indulg., 31 iul. 1858; S. Paen. Ap., 2 febr. 1934).

202

Deus, qui Unigeniti Filii tui passione, et per quinque Vulnera eius Sanguinis effusione, humanam naturam peccato perditam reparasti; tribue nobis, quaesumus, ut qui ab eo suscepta Vulnera veneramur in terris, eiusdem pretiosissimi Sanguinis fructum consequi mereamur in caelis. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo oratio quotidie per integrum mensem pie iterata fuerit (S. Paen. Ap., 12 dec. 1936).

203

Fac, Domine Iesu Christe, ut qui Vulnera tua devote colimus, haec in nostris cordibus impressa, moribus et vita teneamus.

Quinquies **Gloria Patri**

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 12 dec. 1936).

VIII

PRECES IN MEMORIAM SEPTEM VERBORUM QUAE IESUS IN CRUCE PROTULIT

204

℣. Deus, in adiutorium meum intende.

℟. Domine, ad adiuvandum me festina.

Gloria Patri et Filio, *etc.*

PRIMA PAROLA

Padre, perdonate loro, perchè non sanno ciò che fanno.

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce a fine di pagare con le vostre pene il debito dei miei peccati, ed aprite la vostra divina bocca per ottenermene il perdono dall'eterna giustizia, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per i meriti del vostro preziosissimo Sangue sparso per la nostra salute datemi un dolore così vivo delle mie colpe, che faccia spi-

rare l'anima mia nel seno della vostra infinita misericordia.

Tre Gloria Patri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

Mio Dio, credo in voi, spero in voi, amo voi e mi pento di avervi offeso coi miei peccati.

SECONDA PAROLA

Oggi sarai meco in paradiso

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce, e che con tanta prontezza e tanta liberalità corrispondete alla fede del buon ladro, che in mezzo alle vostre umiliazioni vi riconosce per Figlio di Dio, e lo assicurate del paradiso, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per i meriti del vostro preziosissimo Sangue ravvivate nel mio spirito una fede così ferma e costante, che non vacilli a qualunque suggestione del demonio, affinchè anche io ottenga il premio del santo paradiso.

Tre Gloria Patri.

Miserere, *ecc.* Mio Dio, *ecc.*

TERZA PAROLA

Ecco la tua Madre. Ecco il tuo Figlio

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce, e dimenticando i vostri patimenti mi lasciate in pegno dell'amor vostro la stessa

vostra Madre santissima, affinchè per suo mezzo possa con fiducia ricorrere a voi nei miei maggiori bisogni, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per l'interno martirio di così cara Madre avvivate nel mio cuore una ferma speranza nei meriti infiniti del vostro preziosissimo Sangue, onde possa evitare l'eterna condanna, che mi sono meritata coi miei peccati.

Tre Gloria Patri.

Miserere, *ecc.* Mio Dio, *ecc.*

QUARTA PAROLA

Dio mio, Dio mio, perchè mi avete abbandonato?

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce, e che aggiungendosi patimenti a patimenti, oltre tanti dolori nel corpo, soffrite con infinita pazienza la più penosa afflizione di spirito per l'abbandono dell'eterno vostro Padre, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per i meriti del vostro preziosissimo Sangue datemi grazia di soffrire con vera pazienza tutti i dolori e le angustie della mia agonia, affinchè, unendo alle vostre le mie pene, possa poi essere partecipe della vostra gloria in paradiso.

Tre Gloria Patri.

Miserere, *ecc.* Mio Dio, *ecc.*

QUINTA PAROLA

Ho sete

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce, e che non sazio ancora di tanti obbrobrii e patimenti vorreste soffrirne anche di più, purchè tutti gli uomini si salvassero, mostrando così che tutto il torrente della vostra Passione non è bastante ad estinguere la sete del vostro Cuore amoroso, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per i meriti del vostro preziosissimo Sangue accendete tanto fuoco di carità nel mio cuore, che lo faccia morire di desiderio di unirsi a voi per tutta l'eternità.

Tre Gloria Patri.

Miserere, *ecc.* Mio Dio, *ecc.*

SESTA PAROLA

Tutto è consumato

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce, e da codesta cattedra di verità annunziate di aver compito l'opera della redenzione, per la quale l'uomo da figlio d'ira e di perdizione è divenuto figlio di Dio ed erede del paradiso, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per i meriti del vostro preziosissimo Sangue distaccatemi interamente dal mondo e da me stes-

so, dandomi la grazia di offrirvi di cuore il sacrificio della mia vita in espiazione dei miei peccati.

Tre **Gloria Patri.**

Miserere, *ecc.* **Mio Dio,** *ecc.*

SETTIMA PAROLA

Padre, nelle vostre mani raccomando lo spirito mio.

Caro Gesù, che per mio amore agonizzate sulla Croce, e che a compimento di sì gran sacrificio accettate la volontà dell'eterno Padre con rassegnare nelle sue mani il vostro spirito, per poi chinare il capo e morire, abbiate pietà di tutti i fedeli agonizzanti e di me; e quando sarò in quell'estremo, per i meriti del vostro preziosissimo Sangue datemi una perfetta uniformità al vostro divin volere, onde sia pronto a vivere o a morire, come più piacerà a voi; nè altro io brami, che il perfetto adempimento in me della vostra adorabile volontà.

Tre **Gloria Patri.**

Miserere, *ecc.* **Mio Dio,** *ecc.*

Preghiera alla Vergine Addolorata

Madre santissima Addolorata, per l'intenso martirio, che soffriste a pie' della Croce nelle tre ore di agonia di Gesù, degnatevi di assistere anche me, che son figlio dei vostri dolori, nella

mia agonia, affinchè con la vostra intercessione possa dal letto della morte passare a farvi corona nel santo paradiso.

℣. A subitanea et improvisa morte,

℟. Libera me, Domine.

℣. Ab insidiis diaboli,

℟. Libera me, Domine.

℣. A morte perpetua,

℟. Libera me, Domine.

Oremus.

Deus, qui ad humani generis salutem in dolorosissima Filii tui morte exemplum et subsidium constituisti, concede, quaesumus, ut in extremo mortis nostrae periculo tantae caritatis effectum consequi, et ipsius Redemptoris gloriae consociari mereamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidiana précum recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. Rit. C., 26 aug. 1814; S. C. Indulg., 8 dec. 1897; S. Paen. Ap., 27 maii 1935).

IX

ORATIONES

205

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Iudaeis reprobari, a Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus

innocens ad victimam duci atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari et lancea vulnerari, Tu, Domine, per has sanctissimas poenas tuas, quas ego indignus recolo, et per sanctam Crucem et Mortem tuam, libera me a poenis inferni et perducere digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Quinquies **Pater**, **Ave** *et* **Gloria.**

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia quinque annorum, si feriis sextis Quadragesimae oratio recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio devote recitata fuerit (S. C. Indulg., 25 aug. 1820; S. Paen. Ap., 6 oct. 1933 et 7 mart. 1941).

206

Mio divin Salvatore, a quale stato foste ridotto allorchè per amor delle anime vi lasciaste legare alla colonna! Ah! come s'è avverata allora la parola del Profeta, il quale disse di voi che da capo a piedi sareste divenuto tutto una piaga, tale da non essere più riconoscibile! Quale

rossore provaste allorchè vi strapparono le vostre vestimenta! Quale strazio soffriste sotto la tempesta delle innumerevoli battiture, e come a torrenti sgorgò dalle squarciate vene il vostro preziosissimo Sangue! So bene che non tanto l'ingiustizia del romano preside e la crudeltà dei soldati fu quella che vi flagellò, quanto lo furono le mie colpe. Oh! funesti peccati che vi costarono tante pene! Oh! durezza del mio cuore! Nonostante tanto vostro soffrire per me, ho continuato ad offendervi! Però d'oggi innanzi non sarà più così. Unito per sempre a voi con vincoli di fedeltà, finchè mi basterà la vita, cercherò di soddisfare la vostra offesa giustizia. Per i dolori che soffriste legato alla colonna, per i flagelli che vi solcarono le carni innocenti, per il Sangue che versaste copiosissimo, abbiate pietà di questa anima sventurata, liberatela oggi e sempre dai lacci del tentatore e, giunta al termine dell'esilio, conducetela in cielo.

Indulgentia quingentorum dierum (Leo XIII, Audientia 15 maii 1886; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

207

Eccomi ai piedi vostri, Nazareno Gesù; ecco la più miserabile delle creature, che viene alla vostra presenza, umiliata e pentita. Misericordia di me, o Signore, secondo la vostra grande misericordia! Peccai e contro di voi furono le

mie colpe. A voi però appartiene l'anima mia, perchè l'avete creata e redenta col prezioso Sangue vostro. Deh! fate che l'opera vostra non si perda, e abbiate pietà di me. Datemi lagrime di penitenza: perdonatemi, chè sono vostro figlio: perdonatemi come perdonaste al ladro pentito: guardatemi dall'alto dei cieli e beneditemi.

Credo in Deum *etc., ut supra pag. 14, n. 43.*

Indulgentia trium annorum (S. C. Indulg., 26 iun. 1894; S. Paen. Ap., 12 maii 1931).

208

O Gesù, che nella vostra crudele Passione diveniste « l'obbrobrio degli uomini e l'uomo del dolore », io venero il vostro Volto divino, sul quale splendevano altra volta la bellezza e la dolcezza della divinità e che ora è divenuto per me come il volto di un lebbroso! Ma io riconosco sotto quei tratti sfigurati il vostro infinito amore, e mi consumo dal desiderio di amarvi e di farvi amare da tutti gli uomini. Le lagrime che sgorgano con tanta abbondanza dagli occhi vostri mi appariscono come perle preziose, che mi è caro raccogliere, per riscattare col loro infinito valore le anime dei poveri peccatori. O Gesù, il cui Volto adorabile rapisce il mio cuore, vi supplico d'imprimere in me la vostra somiglianza divina, e d'infiammarmi del vostro amo-

re, affinchè possa giungere a contemplare in cielo il vostro Volto glorioso. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. S. Officii, 10 iun. 1915; S. Paen. Ap., 5 apr. 1931).

209

O mio Dio Crocifisso, eccomi ai piedi vostri, non vogliate rigettarmi ora che mi presento a voi come peccatore. Vi ho offeso tanto per il mio passato, Gesù mio, ma non sarà più così. Dinanzi a voi, mio Dio, presento tutte le mie colpe..., già le ho considerate e vedo che non meritano perdono; ma deh! date uno sguardo ai vostri patimenti e guardate quanto vale quel Sangue, che scorre dalle vostre vene. Chiudete, mio Dio, in questo momento gli occhi ai miei demeriti e apriteli agli infiniti meriti vostri e giacchè vi siete compiaciuto morire per i miei peccati, perdonatemeli tutti, affinchè mai più senta il peso di essi, perchè quel peso, o Gesù, troppo mi opprime. Aiutatemi, mio Gesù, voglio ad ogni costo divenire buono; togliete, distruggete, annientate tutto ciò che si trova in me non conforme alla vostra volontà. Vi prego però, Gesù, ad illuminarmi, affinchè possa camminare nel vostro santo lume (S. Gemma Galgani).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 16 febr. 1934 et 26 nov. 1934).

210

Adesto nobis, Domine Deus noster; et quos sanctae Crucis laetari facis honore, eius quoque perpetuis defende subsidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio pia mente iterata fuerit (S. Paen. Ap., 14 sept. 1934).

211

Deus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana orationis recitatione in integrum mensem adducta (S. Paenit. Ap., 22 nov. 1934).

212

Deus, qui unigeniti Filii tui pretioso Sanguine, vivificae Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede, quaesumus, eos qui eiusdem sanctae Crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio devote reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 7 febr. 1935).

213

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui hora sexta pro redemptione mundi Crucis patibulum ascendisti et Sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti; te humiliter deprecamur, ut post obitum nostrum paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio pie recitata fuerit (S. Paen. Ap., 18 iul. 1936).

214

O Gesù, che per il tuo ardentissimo amore verso di noi hai voluto essere crocifisso e versare il tuo preziosissimo Sangue a redenzione e salvezza delle anime nostre, riguarda a noi qui raccolti nel ricordo della tua dolorosissima Passione e Morte, fiduciosi nella tua misericordia; purificaci, con la tua grazia, dal peccato, santifica il nostro lavoro, dona a noi ed ai nostri cari il pane quotidiano, addolcisci le nostre pene, benedici le nostre famiglie e concedi ai popoli, afflitti da dure prove, la tua pace che

solo è la vera, affinchè, obbedendo ai tuoi precetti, perveniamo alla gloria celeste. Così sia.

Fidelibus, qui feria sexta in Parasceve, hora decima quinta, qua D. N. I. C. in Cruce exspiravit, supra relatam orationem pie recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 15 ian. 1940).

Art. VI

IN HONOREM PRETIOSISSIMI SANGUINIS IESU

I

INVOCATIO

215

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti (ex Hymno Ambrosiano).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 23 mart. 1933).

NOTA. — Alia invocatio invenitur pag. 74, n. 132-*b*).

II

HYMNUS

216

Salvete, Christi vulnera,
Immensi amoris pignora,
Quibus perennes rivuli
Manant rubentis sanguinis.

Nitore stellas vincitis,
Rosas odore et balsama,

Pretio lapillos Indicos,
Mellis favos dulcedine.

Per vos patet gratissimum
Nostris asylum mentibus;
Non huc furor minantium
Unquam penetrat hostium.

Quot Iesus in praetorio
Flagella nudus excipit!
Quot scissa pellis undique
Stillat cruoris guttulas!

Frontem venustam, proh dolor!
Corona pungit spinea,
Clavi retusa cuspide
Pedes manusque perforant.

Postquam sed ille tradidit
Amans volensque spiritum,
Pectus feritur lancea,
Geminusque liquor exsilit.

Ut plena sit redemptio,
Sub torculari stringitur,
Suique Iesus immemor,
Sibi nil reservat sanguinis.

Venite, quotquot criminum
Funesta labes inficit:
In hoc salutis balneo
Qui se lavat, mundabitur.

Summi ad Parentis dexteram
Sedenti habenda est gratia,
Qui nos redemit sanguine,
Sanctoque firmat Spiritu. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo pia hymni recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

III

PIUM EXERCITIUM MENSE IULIO

217

Fidelibus, qui mense iulio pio exercitio, in honorem pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. *publice* peracto, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum quolibet mensis die;

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis, si diebus saltem decem eidem exercitio adstiterint.

Iis vero, qui praefato mense preces aliave pietatis obsequia in honorem eiusdem pretiosissimi Sanguinis *privatim* praestiterint, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel singulis diebus;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem idem pietatis obsequium obtulerint; at ubi pium exercitium *publice* habetur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento, quominus exercitio publico intersint (S. C. Indulg., 4 iun. 1850; S. Paen. Ap., 12 maii 1931).

IV

ORATIONES

218

O Sangue prezioso di Gesù, prezzo infinito del riscatto dell'umanità peccatrice, bevanda e lavacro delle anime nostre, che proteggete continuamente la causa degli uomini presso il trono della suprema Misericordia, profondamente io vi adoro, e vorrei per quanto mi è possibile compensarvi delle ingiurie e degli strapazzi, che Voi ricevete di continuo dalle umane creature e specialmente da quelle, che ardiscono temerariamente di bestemmiarvi. E chi non benedirà questo Sangue di infinito valore? Chi non si sentirà infiammato d'affetto verso Gesù che lo sparse? Chi sarei io, se non fossi stato ricomprato da questo Sangue divino? Chi l'ha cavato dalle vene del mio Signore fino all'ultima stilla? Ah! questo è stato certamente l'amore. O amore immenso, che ci ha donato questo balsamo salutevolissimo! O balsamo inestimabile scaturito dalla sorgente di un amore immenso, deh! fa' che tutti i cuori, tutte le lingue ti possano lodare, encomiare e ringraziare adesso e per sempre. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (Pius VII, 18 oct. 1815; S. Paen. Ap., 25 iun. 1932).

219

Eterno Padre, io vi offro il Sangue preziosissimo di Gesù Cristo in isconto dei miei peccati, in suffragio delle anime sante del purgatorio e per i bisogni di santa Chiesa.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia trium annorum, si mense vertente iulio oratio recitata fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oblationis actus elicitus fuerit (Pius VII, 22 sept. 1817; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933 et 3 apr. 1941).

220

I. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù, vostro diletto Figlio e mio Redentore divino, per la propagazione ed esaltazione della mia cara Madre la santa Chiesa, per la conservazione e prosperità del suo Capo visibile il Sommo Pontefice Romano, per i Cardinali, Vescovi e Pastori di anime, e per tutti i Ministri del Santuario.**

Gloria Patri. Sia sempre benedetto e ringraziato Gesù, che col suo Sangue ci ha salvato.

II. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù, vostro diletto Figlio e mio Redentore divino, per la pace e concordia dei Re e dei Principi cattolici, per l'umiliazione**

dei nemici della santa Fede e per la felicità del popolo cristiano.

Gloria Patri. Sia sempre benedetto, *ecc.*

III. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù, vostro diletto Figlio e mio Redentore divino, per il ravvedimento degli increduli, per l'estirpazione di tutte le eresie e per la conversione dei peccatori.**

Gloria Patri. Sia sempre benedetto, *ecc.*

IV. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù, vostro diletto Figlio e mio Redentore divino, per tutti i miei parenti, amici e nemici, per gl'indigenti, infermi e tribolati, e per tutti quelli, per cui sapete che io debbo pregare e volete che io preghi.**

Gloria Patri. Sia sempre benedetto, *ecc.*

V. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù, vostro diletto Figlio e mio Redentore divino, per tutti quelli, che quest'oggi passeranno all'altra vita, affinchè li liberiate dalle pene dell'inferno e li ammettiate con la maggior sollecitudine al possesso della vostra gloria.**

Gloria Patri. Sia sempre benedetto, *ecc.*

VI. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù Cristo, vostro diletto**

Figlio e mio Redentore divino, per tutti quelli che sono amanti di sì gran tesoro, per quelli che sono uniti con me nell'adorarlo ed onorarlo e per quelli in fine che si adoprano nel propagarne la devozione.

Gloria Patri. Sia sempre benedetto, *ecc.*

VII. **Eterno Padre, io vi offro i meriti del Sangue preziosissimo di Gesù, vostro diletto Figlio e mio Redentore divino, per tutti i miei bisogni spirituali e temporali, in suffragio delle sante anime del purgatorio, e specialmente di quelle che sono state più devote del prezzo della nostra redenzione e dei dolori e delle pene della nostra cara Madre Maria santissima.**

Gloria Patri. Sia sempre benedetto, *ecc.*

Viva il Sangue di Gesù adesso e sempre e per tutti i secoli dei secoli. Amen.

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo oblationis actus per integrum mensem quotidie reiteratus fuerit (Pius VII, 22 sept. 1817; S. Paen. Ap., 12 maii 1931).

221

Domine Iesu Christe, qui de caelis ad terram de sinu Patris descendisti et Sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur, ut in die iudicii ad dexteram tuam audire mereamur:

Venite benedicti. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

222

Omnipotens sempiterne Deus, qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac eius Sanguine placari voluisti: concede quaesumus, salutis nostrae pretium solemni cultu ita venerari, atque a praesentis vitae malis eius virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo laetemur in caelis. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 15 iul. 1935).

Art. VII

AD SACRATISSIMUM COR IESU

I

PRECES IACULATORIAE, INVOCATIONES

223

Aimé soit partout le sacré Cœur de Jésus.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius IX, Rescr. *Manu Propr.*, 20 sept. 1860; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

224

Dolce Cuor del mio Gesù, fa' che io ti ami sempre più.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie in integrum mensem devote iterata (S. C. Indulg., 26 nov. 1876).

225

Cor Iesu, flagrans amore nostri, inflamma cor nostrum amore tui (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pie recitata fuerit (S. C. Indulg., 16 iul. 1893; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

226

Cœur de Jésus, j'ai confiance en vous!

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 27 maii 1905, exhib. 19 aug. 1905; Audientia 5 iun. 1906; S. C. Indulg., 27 iun. 1906).

227

Iesu, mitis et humilis corde, fac cor nostrum secundum Cor tuum (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pie repetita fuerit (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 13 sept. 1905, exhib. 15 sept. 1905; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

228

Cœur sacré de Jésus, que votre règne arrive!

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 29 iun. 1906, exhib. 6 iul. 1906).

229

Cuore divino di Gesù, convertite i peccatori, salvate i moribondi, liberate le anime sante del purgatorio.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 13 iul. 1906, exhib. 5 nov. 1906).

230

Cœur sacré de Jésus, je crois à votre amour pour moi.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 29 iul. 1907, exhib. 18 iul. 1908).

231

Gloire, amour, reconnaissance au sacré Cœur de Jésus!

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 8 ian. 1908; S. Paen. Ap., 15 nov. 1927).

232

O Cœur d'amour, je mets toute ma confiance en vous, car je crains tout de ma faiblesse, mais j'espère tout de votre bonté (Ste Marguerite M. Alacoque).

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo pia

invocationis recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 30 maii 1908, exhib. 3 iun. 1908; S. Paen. Ap., 10 mart. 1935).

233

Dulce Cor Iesu, miserere nostri et fratrum nostrorum errantium.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 13 aug. 1908, exhib. 13 oct. 1908; S. Paen. Ap., 7 maii 1934).

234

Tutto per voi, Cuore sacratissimo di Gesù.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. S. Officii, 26 nov. 1908).

235

Cœur sacré de Jésus, soyez connu, soyez aimé, soyez imité!

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. Paen. Ap., 15 mart. 1918).

236

Cœur sacré de Jésus, protégez nos familles.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie per integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 7 iun. 1918 et 2 mart. 1932).

237

Dulce Cor Iesu, sis amor meus.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 13 ian. 1920).

238

Cœur sacré de Jésus, je me donne à vous par Marie.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana invocationis recitatione in integrum mensem producta (S. Paenit. Ap., 19 iun. 1920, 1 mart. 1923 et 23 apr. 1936).

239

Sacro Cuore di Gesù, confortato nella vostra agonia da un Angelo, confortateci nelle nostre agonie.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 iun. 1920 et 9 sept. 1936).

240

Sacro Cuore di Gesù, che io vi ami e vi faccia amare.

Indulgentia trecentorum dierum (Benedictus XV, Rescr. *Manu Propr.*, 29 iul. 1920, exhib. 18 ian. 1927; S. Paen. Ap., 12 mart. 1949).

241

Sacro Cuore di Gesù, convertite i poveri bestemmiatori!

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 20 nov. 1925 et 22 apr. 1949).

242

Cor Iesu sacratissimum, miserere nobis.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocatio devote recitata fuerit (S. Paenit. Ap., 22 nov. 1934).

NOTA. — Quoad huius invocationis recitationem post privatae Missae celebrationem cfr. n. 675, pag. 520.

243

Très doux Cœur de Jésus, faites que la paix, fruit de la justice et de la charité, règne sur le monde.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius XII, Rescr. *Manu Propr.*, 21 dec. 1939, exhib. 15 ian. 1940; S. Paen. Ap., 16 iul. 1949).

II
PARVUM OFFICIUM

244

Fidelibus, qui Officium parvum sacratissimi Cordis Iesu devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem eamdem recitationem persolverint (Breve Ap., 12 dec. 1901 et 1 mart. 1904; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

III
LITANIAE

245

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.
Pater de caelis, Deus, miserere nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserere
Spiritus Sancte, Deus, miserere
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere
Cor Iesu, Filii Patris aeterni, miserere
Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu Sancto formatum, miserere
Cor Iesu, Verbo Dei substantialiter unitum, miserere
Cor Iesu, maiestatis infinitae, miserere
Cor Iesu, templum Dei sanctum, miserere
Cor Iesu, tabernaculum Altissimi, miserere
Cor Iesu, domus Dei et porta caeli, miserere
Cor Iesu, fornax ardens caritatis, miserere
Cor Iesu, iustitiae et amoris receptaculum, miserere
Cor Iesu, bonitate et amore plenum, miserere
Cor Iesu, virtutum omnium abyssus, miserere
Cor Iesu, omni laude dignissimum, miserere
Cor Iesu, rex et centrum omnium cordium, miserere
Cor Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae, miserere
Cor Iesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, miserere
Cor Iesu, in quo Pater sibi bene complacuit, miserere

Cor Iesu, de cuius plenitudine omnes nos accepimus, miserere nobis.
Cor Iesu, desiderium collium aeternorum, miserere
Cor Iesu, patiens et multae misericordiae, miserere
Cor Iesu, dives in omnes qui invocant te, miserere
Cor Iesu, fons vitae et sanctitatis, miserere
Cor Iesu, propitiatio pro peccatis nostris, miserere
Cor Iesu, saturatum opprobriis, miserere
Cor Iesu, attritum propter scelera nostra, miserere
Cor Iesu, usque ad mortem obediens factum, miserere
Cor Iesu, lancea perforatum, miserere
Cor Iesu, fons totius consolationis, miserere
Cor Iesu, vita et resurrectio nostra, miserere
Cor Iesu, pax et reconciliatio nostra, miserere
Cor Iesu, victima peccatorum, miserere
Cor Iesu, salus in te sperantium, miserere
Cor Iesu, spes in te morientium, miserere
Cor Iesu, deliciae Sanctorum omnium, miserere
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

℣. Iesu, mitis et humilis Corde,

℟. Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui et in laudes et satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi persolvit, iisque misercordiam tuam petentibus, tu veniam concede placatus in nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem litaniae cum versiculo et oratione pia mente repetitae fuerint (S. Rituum C., exhib. doc. 2 apr. 1899; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

IV

HYMNI

246

Cor, arca legem continens
Non servitutis veteris,
Sed gratiae, sed veniae,
Sed et misericordiae.

Cor, sanctuarium novi
Intemeratum foederis,

Templum vetusto sanctius,
Velumque scisso utilius.

Te vulneratum caritas
Ictu patenti voluit,
Amoris invisibilis
Ut veneremur vulnera.

Hoc sub amoris symbolo
Passus cruenta et mystica,
Utrumque sacrificium
Christus sacerdos obtulit.

Quis non amantem redamet?
Quis non redemptus diligat,
Et Corde in isto seligat
Aeterna tabernacula?

Iesu, tibi sit gloria,
Qui Corde fundis gratiam
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana hymni recitatione in integrum mensem producta (S. Paen. Ap., 23 iun. 1935).

247

Auctor beate saeculi,
Christe, Redemptor omnium,
Lumen Patris de lumine,
Deusque verus de Deo.

Amor coëgit te tuus
Mortale corpus sumere,
Ut, novus Adam, redderes,
Quod vetus ille abstulerat.

Ille amor almus artifex
Terrae marisque et siderum,
Errata patrum miserans
Et nostra rumpens vincula.

Non Corde discedat tuo
Vis illa amoris inclyti:
Hoc fonte gentes hauriant
Remissionis gratiam.

Percussum ad hoc est lancea,
Passumque ad hoc est vulnera,
Ut nos lavaret sordibus,
Unda fluente et sanguine.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui Corde fundis gratiam
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem hymnus pie recitatus fuerit (S. Paen. Ap., 12 mart. 1936).

V

PIA EXERCITIA

248

Fidelibus, qui coram imagine sacratissimi Cordis Iesu *Pater, Ave* et *Gloria* una cum invocatione *Dolce Cuor del mio Gesù, fa' che io ti ami sempre più* devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem idem obsequium praestiterint (Pius VI, Audientia 2 ian. 1799; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

249

Fidelibus, qui ecclesiam aut publicum oratorium, ubi festum Ssmi Cordis Iesu (etsi de Ordinarii loci consensu translatum sit) celebratur, pia mente visitaverint, conceditur :

Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem peregerint, ad sacram Mensam accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (Secret. Mem., 7 iul. 1815; S. Paen. Ap., 4 nov. 1934).

250

Fidelibus, qui novendiali pio exercitio, in honorem Smsi Cordis Iesu *publice* peracto tum immediate ante festum eiusdem divini Cordis tum alio infra annum tempore, devote interfuerint, conceditur :

Indulgentia decem annorum quolibet die ;

Indulgentia plenaria additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis, dummodo saltem quinquies pio exercitio adstiterint.

Iis vero, qui praefato tempore preces ad divinum Cor Iesu *privatim* effuderint, cum proposito idem per novem dies continuos praestandi, conceditur :

Indulgentia septem annorum semel quolibet die ;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, novendiali exercitio expleto: at ubi hoc *publice* peragitur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (S. C. Indulg., 13 ian. 1818; Pius IX, Audientia 3 ian. 1849; S. C. Episc. et Reg., 28 ian. 1850; S. C. Indulg., 26 nov. 1876; S. Paen. Ap., 22 febr. 1935).

251

Scutum sacratissimi Cordis Iesu

Fidelibus, qui scutum lana alba cum imagine sacratissimi Cordis Iesu acu depicta vel alias eidem lanae affixa et cum hisce vel similibus verbis impressis: *Cessa; Cor Iesu nobiscum est* vel etiam absque ulla inscriptione, e collo supra pectus modo fere parvi scapularis pendens, devote gestaverint et *Pater, Ave* et *Gloria* recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (Pius IX, Rescr. *Manu Propr.,* 28 oct. 1872, exhib. 18 dec. 1872; Breve Ap., 28 mart. et 20 iun. 1873; S. Paen. Ap., 8 apr. 1936).

252

a) Fidelibus, qui prima cuiusvis mensis feria sexta pio exercitio, in honorem Ssmi Cordis Iesu *publice* peracto, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

Si autem eadem feria sexta aliquas preces ad reparandas hominum iniurias Ssmo Cordi Iesu illatas *privatim* recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus; at ubi pium exercitium publice completur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint.

b) Fidelibus vero, qui ceteris per annum feriis sextis aliquas preces, ut supra, pie recitaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel qualibet feria sexta (S. C. Indulg., 7 sept. 1897; S. Paen. Ap., 1 iun. 1934 et 15 maii 1949).

253

Mensis sacratissimo Cordi Iesu dicatus

Fidelibus, qui mense iunio (vel alio, iuxta Revmi Ordinarii prudens iudicium), pio exercitio in honorem Ssmi Cordis Iesu *publice* peracto devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum quolibet mensis die;

Indulgentia plenaria, si diebus saltem decem huiusmodi exercitio vacaverint et praeterea peccatorum veniam obtinuerint, eucharisticam Mensam participaverint et ad Summi Pontificis mentem preces fuderint.

Iis vero, qui praefato mense preces vel alia pietatis obsequia divino Cordi Iesu *privatim* praestiterint, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel quolibet mensis die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem idem obsequium peregerint; at ubi pium exercitium *publice* habetur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (S. C. Indulg., 8 maii 1873 et 30 maii 1902; S. Paen. Ap., 1 mart. 1933).

Praeterea, si mensis sacratissimo Cordi dicatus solemniter celebratur, scilicet cum sacra praedicatione aut quotidie, aut ad formam spiritualium exercitiorum (duplici saltem concione singulis diebus) per octiduum, sive in ecclesiis sive in publicis vel (pro legitime utentibus) semipublicis oratoriis, conceditur:

1° *Indulgentia plenaria* pro singulis visitationibus,

die qua mensis clauditur, ab iis lucranda, qui diebus saltem decem sacris concionibus et piis precibus adstiterint, vel spiritualibus exercitiis ex integro vacaverint (piis obsequiis passim praestitis), si praeterea sacramentalem confessionem instituerint, caelestem Panem sumpserint et sexies *Pater, Ave* et *Gloria* ad mentem Summi Pontificis in unaquaque visitatione recitaverint;

2° a) *Indulgentia quingentorum dierum* pro iis, qui aliquod praestant pium opus, ut praefatum exercitium magis diffundatur aut incrementum suscipiat;

b) *Indulgentia plenaria,* additis sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et ad mentem Summi Pontificis oratione, pro iisdem, quoties sacram Communionem infra praedictum mensem receperint;

3° *Indultum altaris privilegiati personalis,* die qua mensis concluditur, concionatoribus et rectoribus ecclesiarum et oratoriorum, ubi praedictum exercitium solemniter peragitur (S. C. Indulg., 8 aug. 1906; Pius X, ex privata Audientia, exhibito documento, 26 ian. 1908; S. Paen. Ap., 15 nov. 1927 et 5 iul. 1930).

254

Fidelibus, qualibet ex quinque feriis sextis, immediate praecedentibus festivitatem sacratissimi Cordis Iesu, si ad sacram Synaxim accesserint, conceditur:

Indulgentia plenaria, dummodo admissa sua confessi fuerint, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitationem instituerint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (Breve Ap., 3 iun. 1924; S. Paen. Ap., 26 apr. 1930).

VI
CORONA

255

Deus, in adiutorium, *etc.*
Gloria Patri, *etc.*

I. Amorosissimo mio Gesù, al riflettere sul vostro buon Cuore e vederlo tutto pietà e dolcezza per i peccatori, mi sento rallegrare il mio e colmare di fiducia d'essere da voi ben accolto. Ahimè! quanti peccati ho commessi! Ma ora qual Pietro e qual Maddalena dolente li piango e detesto, perchè sono offesa di voi, sommo Bene. Sì, sì, concedetemene il perdono; ed oh! muoia io, vel chieggo per il vostro buon Cuore, muoia prima che offendervi, e certo viva solo per riamarvi.

Un **Pater** *e cinque* **Gloria.**
Dolce Cuor del mio Gesù,
Fa' che io ti ami sempre più.

II. Benedico, Gesù mio, l'umilissimo vostro Cuore e vi ringrazio che, nel darmelo per esemplare, non solo con forti premure mi eccitate ad imitarlo, ma a costo pur di tante vostre umiliazioni me n'additate ed appianate la via. Folle che fui ed ingrato! Ah quanto traviai! Perdonatemi. Non più superbia, ma con umil cuore

tra umiliazioni seguir voglio voi, e conseguire pace e salute. Avvaloratemi Voi, e benedirò in eterno il vostro Cuore.

Un **Pater** *e cinque* **Gloria.**

Dolce Cuor, *ecc.*

III. **Ammiro, Gesù mio, il pazientissimo vostro Cuore e vi ringrazio di tanti maravigliosi esempi d'invitta sofferenza a noi lasciati. Mi dispiace, che indarno mi rimproverano la strana mia delicatezza insofferente d'ogni piccola pena. Ah! Gesù mio caro, infondetemi nel cuore fervido e costante amore alle tribolazioni, alle croci, alla mortificazione, alla penitenza, acciocchè seguendovi al Calvario giunga con voi alla gioia in paradiso.**

Un **Pater** *e cinque* **Gloria.**

Dolce Cuor, *ecc.*

IV. **Innanzi al mansuetissimo vostro Cuore, caro Gesù, io m'inorridisco del mio sì diverso dal vostro. Purtroppo io ad un'ombra, ad un gesto, ad una parola in contrario m'inquieto e lamento. Deh! perdonate i miei trasporti e datemi grazia d'imitare nell'avvenire in qualunque contrarietà l'inalterabile vostra mansuetudine, e così godere perpetua santa pace.**

Un **Pater** *e cinque* **Gloria.**

Dolce Cuor, *ecc.*

V. Si cantino pur lodi, o Gesù, al generosissimo vostro Cuore vincitore della morte e dell'inferno, che ben se le merita tutte. Io resto più che mai confuso al vedere il mio sì pusillanime, che teme di qualunque diceria ed umano rispetto; ma non sarà più così. Da voi imploro sì coraggiosa forza, che combattendo e vincendo in terra, trionfi poi lieto con voi in cielo.

Un **Pater** *e cinque* **Gloria.**

Dolce Cuor, *ecc.*

Volgiamoci a Maria consacrandoci vieppiù a lei, e confidando nel materno suo Cuore diciamole:

Per gli alti pregi del vostro Cuore dolcissimo impetratemi, o gran Madre di Dio e Madre mia, Maria, vera e stabile devozione al sacro Cuore di Gesù vostro Figliuolo; onde io in esso racchiuso coi miei pensieri ed affetti adempia tutti i miei doveri, e con alacrità di cuore serva sempre, ma specialmente in questo giorno, a Gesù.

℣. Cor Iesu, flagrans amore nostri,

℞. Inflamma cor nostrum amore tui.

Oremus.

Illo nos igne, quaesumus Domine, Spiritus Sanctus inflammet, quem Dominus noster Iesus Christus e penetralibus Cordis sui misit in terram, et voluit vehementer accendi: Qui tecum

vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana coronae recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 20 mart. 1815; S. Paen. Ap., 10 mart. 1933).

VII

ACTUS REPARATIONIS ET CONSECRATIONIS

256

Actus reparationis

Iesu dulcissime, cuius effusa in homines caritas, tanta oblivione, negligentia, contemptione, ingratissime rependitur, en nos, ante altaria tua [1] provoluti, tam nefariam hominum socordiam iniuriasque, quibus undique amantissimum Cor tuum afficitur, peculiari honore resarcire contendimus.

Attamen, memores tantae nos quoque indignitatis non expertes aliquando fuisse, indeque vehementissimo dolore commoti, tuam in primis misericordiam nobis imploramus, paratis, voluntaria expiatione compensare flagitia non modo quae ipsi patravimus, sed etiam illorum, qui, longe a salutis via aberrantes, vel te pastorem ducemque sectari detrectant, in sua infidelitate

[1] Extra ecclesiam vel oratorium, loco: *altaria tua,* dicatur : *conspectum tuum.*

obstinati, vel, baptismatis promissa conculcantes, suavissimum tuae legis iugum excusserunt.

Quae deploranda crimina, cum universa expiare contendimus, tum nobis singula resarcienda proponimus: vitae cultusque immodestiam atque turpitudines, tot corruptelae pedicas innocentium animis instructas, dies festos violatos, exsecranda in te tuosque Sanctos iactata maledicta atque in tuum Vicarium ordinemque sacerdotalem convicia irrogata, ipsum denique amoris divini Sacramentum vel neglectum vel horrendis sacrilegiis profanatum, publica postremo nationum delicta, quae Ecclesiae a te institutae iuribus magisterioque reluctantur.

Quae utinam crimina sanguine ipsi nostro eluere possemus! Interea ad violatum divinum honorem resarciendum, quam Tu olim Patri in Cruce satisfactionem obtulisti quamque cotidie in altaribus renovare pergis, hanc eamdem nos tibi praestamus, cum Virginis Matris, omnium Sanctorum, piorum quoque fidelium expiationibus coniunctam, ex animo spondentes, cum praeterita nostra aliorumque peccata ac tanti amoris incuriam firma fide, candidis vitae moribus, perfecta legis evangelicae, caritatis potissimum, observantia, quantum in nobis erit, gratia tua favente, nos esse compensaturos, tum iniurias tibi inferendas pro viribus prohibituros, et quam

plurimos potuerimus ad tui sequelam convocaturos. Excipias, quaesumus, benignissime Iesu, beata Virgine Maria Reparatrice intercedente, voluntarium huius expiationis obsequium nosque in officio tuique servitio fidissimos ad mortem usque velis, magno illo perseverantiae munere, continere, ut ad illam tandem patriam perveniamus omnes, ubi Tu cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et alicuius ecclesiae aut publici oratorii visitatione, si quotidie per integrum mensem reparationis actus devote recitatus fuerit.

Fidelibus vero, qui die festo sacratissimi Cordis Iesu in qualibet ecclesia aut oratorio etiam (pro legitime utentibus) semipublico, adstiterint eidem reparationis actui cum Litaniis sacratissimi Cordis, coram Ssño Sacramento sollemniter exposito, conceditur:

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria, dummodo peccata sua sacramentali paenitentia expiaverint et eucharisticam Mensam participaverint (S. Paen. Ap., 1 iun. 1928 et 18 mart. 1932).

Nota. — Quoad versiones aliquas cfr. *Acta Ap. Sedis,* an. 1928, pag. 179 ss.

257

Actus reparationis et consecrationis

¡Oh Corazón clementísimo de Jesús, divino propiciatorio por el cual prometió el eterno Padre que oiría siempre nuestras oraciones!

Yo me uno con vos para ofrecer a vuestro eterno Padre este mi pobre y mezquino corazón, contrito y umillado ante su divino acatamiento, y deseoso de reparar cumplidamente sus ofensas, en especial las que Vos recibís de continuo en la Eucaristía, y señaladamente las que yo por mi desgracia también he cometido. Quisiera, divino Corazón, lavar con lágrimas y borrar con sangre de mis venas las ingratitudes con que todos hemos pagado vuestro tierno amor. Junto mi dolor, aunque tan leve, con aquella angustia mortal que os hizo en el huerto, sudar sangre a la sola memoria de nuestros pecados. Ofrecédselo, Señor, a vuestro eterno Padre, unido con vuestro amabilísimo Corazón. Dadle infinitas gracias por los grandes beneficios que nos hace continuamente, y supla vuestro amor nuestra ingratitud y olvido. Concededme la gracia de presentarme siempre con gran veneración ante el acatamiento de vuestra divina Majestad, para resarcir de algún modo las irreverencias y ultrajes que en vuestra presencia me atreví a cometer; y que de hoy en adelante me ocupe con todo mi conato, en atraer con palabras y ejemplos muchas almas que os conozcan y gocen las delicias de vuestro Corazón. Desde este momento me ofrezco y dedico del todo á dilatar la gloria de este sacratísimo y dulcísimo Co-

razón. Le elijo por el blanco de todos mis afectos y deseos, y desde ahora para siempre constituyo en él mi perpetua morada, reconociéndole, adorándole y amándole con todas mis ansias, como que es el Corazón de mi amabilísimo Jesús, de mi Rey y soberano Dueño, Esposo de mi alma, Pastor y Maestro, verdadero Amigo, amoroso Padre, Guía segura, firmísimo Amparo y Bienaventuranza. Amén.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem reparationis actus pie reiteratus fuerit (S. Paen. Ap., 19 apr. 1923 et 10 mart. 1933).

258

Actus consecrationis

a) **Je** N. N. **me donne et consacre au sacré Cœur de Notre Seigneur Jésus-Christ, ma personne et ma vie, mes actions, peines et souffrances, pour ne plus vouloir me servir d'aucune partie de mon être que pour l'honorer, aimer et glorifier.**

C'est ici ma volonté irrévocable que d'être tout à lui et faire tout pour son amour, en renonçant de tout mon cœur à tout ce qui lui pourrait déplaire.

Je vous prends donc, ô sacré Cœur, pour l'unique objet de mon amour, le protecteur de ma vie, l'assurance de mon salut, le remède de

ma fragilité et de mon inconstance, le réparateur de tous les défauts de ma vie, et mon asile assuré à l'heure de ma mort.

Soyez donc, ô Cœur de bonté, ma justification envers Dieu votre Père, et détournez de moi les traits de sa juste colère. O Cœur d'amour, je mets toute ma confiance en vous, car je crains tout de ma malice et de ma faiblesse, mais j'espère tout de votre bonté.

Consommez donc en moi tout ce qui vous peut déplaire ou résister, que votre pur amour vous imprime si avant dans mon cœur que jamais je ne vous puisse oublier, ni être séparé de vous, que je conjure, par toutes vos bontés, que mon nom soit écrit en vous, puisque je veux faire consister tout mon bonheur et toute ma gloire à vivre et à mourir en qualité de votre esclave (Ste Marguerite M. Alacoque).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si consecrationis actus quotidie in integrum mensem devote repetitus fuerit (S. C. Indulg., 1 iun. 1897, 13 ian. 1898 et 21 apr. 1908; S. Paen. Ap., 25 febr. 1934).

259

b) Mio amabilissimo Gesù, io mi consacro oggi nuovamente e senza riserva al vostro divin Cuore. Vi consacro il mio corpo con tutti i suoi sensi, l'anima mia con tutte le sue facoltà, e in-

teramente tutto il mio essere. Vi consacro tutti i miei pensieri, le mie parole ed opere; tutte le mie sofferenze e travagli; tutte le mie speranze, consolazioni e gioie; e principalmente vi consacro questo mio povero cuore, affinchè esso non ami che voi e si consumi come vittima nelle fiamme del vostro amore. Accettate, o Gesù, mio amabilissimo Sposo, il desiderio che ho di consolare il vostro Cuore divino e di appartenervi per sempre. Prendete in tal maniera possesso di me, che d'ora in poi io non abbia altra libertà, che quella di amarvi, nè altra vita che quella di soffrire e morire per voi. Metto in voi la mia illimitata fiducia e spero dalla vostra infinita misericordia il perdono dei miei peccati. Rimetto nelle vostre mani tutte le mie cure e principalmente quella della mia eterna salute. Vi prometto d'amarvi e di onorarvi fino all'ultimo istante della mia vita e di propagare, quanto più potrò, il culto del vostro sacratissimo Cuore. Disponete di me, o mio Gesù, secondo il vostro beneplacito; non voglio altra ricompensa che la vostra maggior gloria ed il vostro santo amore. Concedetemi la grazia di trovare nel vostro divin Cuore la mia abitazione; qui voglio passare ogni giorno della mia vita; qui voglio dare il mio ultimo sospiro. Stabilite Voi pure nel mio cuore la vostra dimora, il luogo del vostro ri-

poso, per rimanere così intimamente uniti; finchè un giorno io vi possa lodare, amare e possedere per tutta l'eternità lassù in cielo, ove canterò per sempre le infinite misericordie del vostro sacratissimo Cuore.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (Leo XIII, Audientia 11 dec. 1902; S. C. Indulg., 7 ian. 1903; S. Paen. Ap., 9 iul. 1935).

260

c) **Amabile mio Gesù, per esservi grato e per riparare alle mie infedeltà vi dono il cuore, ed interamente mi consacro a voi e col vostro aiuto propongo di non più peccare.**

Fidelibus, qui supra relatum consecrationis actum coram sacratissimi Cordis Iesu imagine pia mente recitaverint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem eamdem recitationem devote persolverint (Secret. Mem., 9 iun. 1807; S. Paen. Ap., 15 mart. 1936 et 20 apr. 1949).

Nota — Formula familiarum consecrationis sacratissimo Cordi Iesu invenitur pag. 539, n. 705.

VIII
ORATIONES

261

O divinum Cor Iesu, praesta, quaeso, animabus purgantibus requiem aeternam, hodie morituris gratiam finalem, peccatoribus veram pae-

nitentiam, paganis fidei lucem, mihi meisque omnibus tuam benedictionem. Tibi ergo, Cor Iesu misericordissimum, omnes has animas commendo et pro ipsis tibi offero omnia tua merita una cum meritis beatissimae Matris tuae omniumque Sanctorum et Angelorum et una cum omnibus Missarum sacrificiis, sacris Communionibus, orationibus et bonis operibus, quae hodie in toto christianorum orbe peraguntur.

Indulgentia quingentorum dierum (Breve Ap. 13 mart. 1901; S. Paen. Ap., 18 ian. 1933 et 10 mart. 1949).

262

O Cuore santissimo di Gesù, spandete largamente le vostre benedizioni sopra la santa Chiesa, sopra il Sommo Pontefice e sopra tutto il Clero; date ai giusti la perseveranza, convertite i peccatori, illuminate gl'infedeli, benedite i nostri parenti, amici e benefattori, assistete i moribondi, liberate le anime del purgatorio e stendete su tutti i cuori il dolce impero del vostro amore. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo devota orationis recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 16 iun. 1906; S. Paen. Ap., 23 iun. 1934 et 18 iun. 1949).

263

O Cuore santissimo di Gesù! O fonte di ogni bene! Io vi adoro, vi amo e pentito vivamente

dei peccati miei, vi presento questo mio povero cuore. Rendetelo umile, paziente, puro e in tutto conforme ai desiderii vostri. Fate, o buon Gesù, che io viva in voi e per voi. Proteggetemi nei pericoli, consolatemi nelle afflizioni, concedetemi la sanità del corpo, soccorso nei miei bisogni temporali, la vostra benedizione in tutte le mie opere e la grazia di una santa morte.

Indulgentia quingentorum dierum (Breve Ap., 4 dec. 1915; S. Paen. Ap., 8 nov. 1934).

264

Io vi saluto, o sacro Cuore di Gesù, fonte viva e vivificante della vita eterna, tesoro infinito della divinità, fornace ardente del divino amore; Voi siete il luogo del mio riposo, l'asilo della mia sicurezza. O mio amabile Salvatore, accendete il mio cuore di quell'amore ardentissimo di cui è acceso il vostro; versate nel mio cuore le grazie grandi onde il vostro è la fonte; che la vostra volontà sia la mia e che la mia sia eternamente conforme alla vostra. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 5 febr. 1935 et 18 iun. 1949).

265

Deus, qui nobis, in Corde Filii tui, nostris vulnerato peccatis, infinitos dilectionis thesauros misericorditer largiri dignaris; concede, quaesumus, ut illi devotum pietatis nostrae prae-

stantes obsequium, dignae quoque satisfactionis exhibeamus officium. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Miss. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana orationis recitatione in integrum mensem producta (S. Paenit. Ap., 18 apr. 1936).

266

Concede, quaesumus omnipotens Deus, ut qui in sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriantes, praecipua in nos caritatis eius beneficia recolimus, eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio devote repetita fuerit (S. Paen. Ap., 20 oct. 1936).

267

Apritemi il vostro Sacro Cuore, o Gesù, e mostratemi le sue attrattive. Unitemi a lui per sempre. Fate che tutte le aspirazioni e tutti i palpiti del mio cuore, che non cessano neppure durante il sonno, vi siano una testimonianza del mio amore e vi dicano: Sì, o Signore, io sono tutto vostro; il pegno della vostra alleanza è sul mio cuore e non cesserà giammai. Ricevete il poco bene che io faccio e degnatevi di farmi

la grazia di riparare tutto il male, affinchè io possa benedirvi nel tempo e nell'eternità. Così sia (Card. R. Merry del Val).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Paen. Ap., 8 iun. 1949).

Art. VIII

AD IESUM CHRISTUM REGEM

I

INVOCATIONES

268

Iesu, rex et centrum omnium cordium, per adventum regni tui, dona nobis pacem.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 23 iun., 1923).

269

Christus vincit! Christus regnat! Christus imperat!

Fidelibus, qui hanc Iesu Christo laudem in ipsorum sive privatis sive publicis conventibus necnon in religiosis processionibus pia mente, ut hodie assolet, cecinerint in testimonium eorum fidei erga infinitam regiam Christi dignitatem, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 apr. 1941).

ACTUS DEDICATIONIS HUMANI GENERIS IESU CHRISTO REGI

qui in "Enchiridion Indulgentiarum" ed. 1952, n. 271 legitur, de expresso mandato SSmi D. N. Ioannis div. Prov. Pp. XXIII (*A. A. S.* 23 Augusti 1959), prout sequitur, contractus est:

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos ad altare [1] tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie sacratissimo Cordi tuo se quisque nostrum sponte dedicat. Te quidem multi novere nunquam; te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu, atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a te, sed etiam prodigorum filiorum qui te reliquerunt: fac ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis; perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula. Amen.

---

[1] Extra ecclesiam vel oratorium, loco: *ad altare*, dicatur: *ante conspectum.*

II
PIUM EXERCITIUM

270

Fidelibus, qui novendiali vel triduano pio exercitio, immediate ante festum D. N. Iesu Christi Regis in eiusdem honorem *publice* peracto, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum quolibet die;

Indulgentia plenaria, dummodo per dies saltem quinque novendialibus supplicationibus adstiterint vel triduano exercitio ex integro vacaverint et praeterea sacramentalem confessionem instituerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad Summi Pontificis mentem oraverint.

Iis vero, qui praefato tempore preces ad Iesum Christum Regem *privatim* effuderint, cum proposito idem obsequium per novem vel tres dies non intermissos praestandi, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel quolibet die;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, novendiali vel triduano exercitio absoluto; at ubi pium exercitium publice habetur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus publico exercitio intersint (S. Paen. Ap., 21 nov. 1936).

III
ACTUS DEDICATIONIS HUMANI GENERIS

271

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos ad altare [1] tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem

[1] Extra ecclesiam vel oratorium, loco: *ad altare,* dicatur: *ante conspectum.*

tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie sacratissimo Cordi tuo se quisque nostrum sponte dedicat. Te quidem multi novere nunquam; te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu, atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a te, sed etiam prodigorum filiorum qui te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Rex esto eorum omnium, qui in tenebris idololatriae aut islamismi adhuc versantur, eosque in lumen regnumque tuum vindicare ne renuas. Respice denique misericordiae oculis illius gentis filios, quae tamdiu populus electus fuit: et Sanguis, qui olim super eos invocatus est, nunc in illos quoque redemptionis vitaeque lavacrum descendat. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis; perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula. Amen.

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria, accedente sacramentali confessione, sacra Communione et alicuius ecclesiae aut publici oratorii visitatione, si quotidie per integrum mensem dedicationis actus pia mente iteratus fuerit (S. Paen. Ap., 16 iul. 1926).

Fidelibus vero, qui die festo D. N. Iesu Christi Regis in qualibet ecclesia aut oratorio, etiam (pro legitime utentibus) semipublico, interfuerint actui dedicationis humani generis sacratissimo Cordi Iesu, iuxta formulam supra relatam (cfr. Litt. Encycl. *Quas primas* Ssñi D. N. Pii XI, diei 11 dec. 1925), cum Litaniis eiusdem sacratissimi Cordis coram Ssño Sacramento sollemniter exposito, conceditur:

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria, si praeterea confessionem peregerint et ad sacram Mensam accesserint (S. Paen. Ap., 15 febr. 1927 et 18 mart. 1932).

NOTA. — Quoad versiones aliquas cfr. *Acta Ap. Sedis,* an. 1925, pag. 542 ss.

IV

ORATIO

272

O Christ Jésus, je vous reconnais pour Roi universel. Tout ce qui a été fait, a été créé pour vous. Exercez sur moi tous vos droits. Je renouvelle mes promesses du baptême en renonçant à Satan, à ses pompes et à ses œuvres et je promets de vivre en bon chrétien. Et tout particulièrement je m'engage à faire triompher selon mes moyens les droits de Dieu et de votre Eglise. Divin Cœur de Jésus, je vous offre mes pauvres actions pour obtenir que tous les cœurs

reconnaissent votre Royauté sacrée, et qu'ainsi le règne de votre paix s'établisse dans l'univers entier. Ainsi soit-il.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in die (S. Paen. Ap., 21 febr. 1923).

Art. IX

AD SACRAM FAMILIAM I. M. I.

I
INVOCATIONES

273

Nos, Iesu, Maria et Ioseph bone,
Benedicite nunc et in mortis agone.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 9 iun. 1906; S. Paen. Ap., 25 mart. 1933).

274

Fidelibus, qui sacra Nomina: IESU, MARIA, IOSEPH coniunctim devote invocaverint, conceditur :

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocatione quotidie per integrum mensem devote repetita (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 8 iun. 1906, exhib. 16 iun. 1906; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

NOTA. — Quoad invocationes pro bona morte v. n. 636.

II
PRECES

275

Gesù, Maria, Giuseppe, benediteci e concedeteci la grazia di amare la santa Chiesa, come

dobbiamo, sopra ogni altra cosa terrena e di dimostrarle il nostro amore sempre e con la prova dei fatti.

Pater, Ave, Gloria.

Gesù, Maria, Giuseppe, benediteci e concedeteci la grazia di professare, come dobbiamo, apertamente, con coraggio e senza umani rispetti, la fede che ricevemmo in dono col santo Battesimo.

Pater, Ave, Gloria.

Gesù, Maria, Giuseppe, benediteci e concedeteci la grazia di concorrere alla difesa e all'incremento della fede, come dobbiamo, per la parte che ci può spettare, con la parola, con le sostanze, col sacrificio della vita.

Pater, Ave, Gloria.

Gesù, Maria, Giuseppe, benediteci e concedeteci la grazia di amarci tutti scambievolmente, come dobbiamo, e metteteci in perfetta concordia di pensiero, di volontà e di azione, sotto la guida e dipendenza dei nostri sacri Pastori.

Pater, Ave, Gloria.

Gesù, Maria, Giuseppe, benediteci e concedeteci la grazia di conformare, come dobbiamo, pienamente la nostra vita ai precetti della legge

di Dio e della Chiesa, per viver sempre della carità di cui essi sono il compendio. Così sia.

Pater, Ave, Gloria.

Indulgentia trium annorum (S. C. Indulg., 17 maii 1890; S. Paen. Ap., 27 iul. 1935).

III

ORATIO

276

Domine Iesu Christe, qui Mariae et Ioseph subditus, domesticam vitam ineffabilibus virtutibus consecrasti: fac nos, utriusque auxilio, Familiae sanctae tuae exemplis instrui et consortium consequi sempiternum: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo orationis recitatio, quotidie devote peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 3 sept. 1936).

Nota. — Actus pro familia christiana sacrae Familiae I. M. I. consecranda invenitur pag. 541, n. 706; oratio pro bona morte, pag. 496, n. 643.

Caput IV

AD DEUM SPIRITUM SANCTUM

I

INVOCATIONES

277

Spiritus Sancte, Spiritus veritatis, veni in corda nostra; da populis claritatem lucis tuae, ut in fidei unitate tibi complaceant.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 31 iul. 1897; S. Paen. Ap., 22 dec. 1932).

278

O Sancte Spiritus, dulcis hospes animae meae, mane mecum et fac ut ego maneam semper tecum.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 apr. 1921).

279

Spiritus Sancte, Deus, miserere nobis.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo invocationis recitatio, quotidie devote peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 4 mart. 1939).

280

Spiritus Sancti gratia illuminet sensus et corda nostra (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio pia mente reiterata fuerit (S. Paen. Ap., 24 febr. 1940).

281

Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio, et sui roris intima aspersione fecundet (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, quotidiana invocationis recitatione per integrum mensem producta (S. Paen. Ap., 5 mart. 1941).

II

SEQUENTIA

282

Veni, Sancte Spiritus, et emitte caelitus lucis tuae radium.

Veni, pater pauperum, veni, dator munerum, veni, lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animae, dulce refrigerium.

In labore requies, in aestu temperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium.

Lava quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidum, fove quod est frigidum, rege quod est devium.

Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenarium.

Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem sequentia devote recitata fuerit (Breve Ap., 26 maii 1796; S. Paen. Ap., 15 apr. 1933).

III

HYMNUS

283

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia
Quae Tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, càritas
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus paternae dexterae,
Tu rite promissum Patris
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,

Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus;
Ductore sic te praevio
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria
Et Filio qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In saeculorum saecula. Amen.

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur;
℟. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere; et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo hymni recitatio, cum versiculo et oratione quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (Breve Ap.,

26 maii 1706; S. Rituum Congr., 20 iun. 1889; S. Paen. Ap., 9 febr. 1934).

NOTA. — Quoad cantum huius hymni prima anni die, v. pag. 523, n. 681.

IV

PIA EXERCITIA

284

Novendiales preces ante festum Pentecostes

Fidelibus, qui novendiali pio exercitio, immediate ante festum Pentecostes in honorem Spiritus Sancti *publice* peracto, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum quolibet die;

Indulgentia plenaria, si diebus saltem quinque eidem exercitio vacaverint et praeterea peccatorum veniam obtinuerint, caelestem Panem sumpserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint.

Iis vero, qui praefato vel alio anni tempore preces ad Spiritum Sanctum *privatim* effuderint cum proposito idem per novem dies continuos praestandi, conceditur:

Indulgentia septem annorum semel quolibet die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, novendiali exercitio expleto; at ubi hoc *publice* peragitur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (Pius IX, Audientia 3 ian. 1849; S. C. Episc. et Regul., 28 ian. 1850; S. C. Indulg., 26 nov. 1876; Breve Ap., 5 maii 1895; Litt. Encycl. *Divinum illud munus,* 9 maii 1897; S. Paen. Ap., 12 maii 1934).

285

Fidelibus, qui septies doxologiam *Gloria Patri...* devote recitaverint ad septem dona a Spiritu Sancto impetranda, conceditur:

Indulgentia trium annorum (S. C. de Prop. Fide, 12 mart. 1857; S. Paen. Ap., 10 iul. 1941).

V

CORONA SPIRITUS SANCTI

286

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Actus contritionis: **Doleo, mi Deus, me contra te peccasse, quia tam bonus es; gratia tua adiuvante non amplius peccabo.**

Hymnus *Veni, Creator Spiritus,* etc. cum versiculis et Oremus ut supra, pag. 183, n. 283.

I — MYSTERIUM PRIMUM

De Spiritu Sancto ex Maria Virgine
Iesus conceptus est

Meditatio. — **Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei** (Luc., I, 35).

Affectus. — **Precare vehementer divini Spiritus auxilium et Mariae intercessionem ad imitandas virtutes Iesu Christi, qui est exemplar virtutum, ut conformis fias imagini Filii Dei.**

Semel **Pater** *et* **Ave** *et septies* **Gloria Patri.**

II — MYSTERIUM SECUNDUM

Spiritus Domini requievit super Iesum

Meditatio. — **Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei caeli:**

et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se (Matth., III, 16).

Affectus. – **In summo pretio habe inaestimabilem gratiam sanctificantem per Spiritum Sanctum in Baptismo cordi tuo infusam. Tene promissa, ad quae servanda tunc te obstrinxisti. Continua exercitatione auge fidem, spem, caritatem. Semper vive ut decet filios Dei et verae Dei Ecclesiae membra, ut post hanc vitam accipias caeli hereditatem.**

Semel **Pater** *et* **Ave** *et septies* **Gloria Patri.**

III – MYSTERIUM TERTIUM

A Spiritu ductus est Iesus in desertum

Meditatio. – **Iesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est a Iordane: et agebatur a Spiritu in desertum diebus quadraginta, et tentabatur a diabolo** (Luc., IV, 1, 2).

Affectus. – **Semper esto gratus pro septiformi munere Spiritus Sancti in Confirmatione tibi dato, pro Spiritu sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, timoris Domini. Fideliter obsequere divino Duci ut in omnibus periculis huius vitae et tentationibus viriliter agas, sicut decet perfectum christianum et fortem Iesu Christi athletam.**

Semel **Pater** *et* **Ave** *et septies* **Gloria Patri.**

IV – MYSTERIUM QUARTUM

Spiritus Sanctus in Ecclesia

Meditatio. – **Factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis, ubi erant sedentes; et repleti sunt omnes Spiritu Sancto loquentes magnalia Dei** (Act., II, 2, 4, 11).

Affectus. – **Gratias age Deo quod te fecit Ecclesiae suae filium, quam divinus Spiritus, Pentecostes die in mundum missus, semper vivificat et regit. Audi et sequere Summum Pontificem, qui per Spiritum Sanctum infallibiliter docet, atque Ecclesiam quae est columna et firmamentum veritatis. Dogmata eius tuere, eius partes tene, eius iura defende.**

Semel **Pater** *et* **Ave** *et septies* **Gloria Patri.**

V – MYSTERIUM QUINTUM

Spiritus Sanctus in anima iusti

Meditatio. – **An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti qui in vobis est?** (I Cor., VI, 19).

Spiritum nolite exstinguere (I Thess., V, 19).

Et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis (Eph., IV, 30).

Affectus. – **Semper recordare de Spiritu Sancto qui est in te, et puritati animae et corporis**

omnem da operam. Fideliter obedi divinis eius inspirationibus, ut facias fructus Spiritus: caritatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, mansuetudinem, fidem, modestiam, continentiam, castitatem.

Semel **Pater** *et* **Ave** *et septies* **Gloria Patri.**

In fine dicatur Symbolum Apostolorum *Credo in Deum,* etc., ut supra pag. 14, n. 43.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, corona quotidie per integrum mensem devote repetita (Breve Ap., 24 mart. 1902; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

VI

PRECES

287

Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur;

℟. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere; et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo

quotidiana precum recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 8 maii 1907; S. Paen. Ap., 22 dec. 1932).

VII

ORATIONES

288

O Creator Sancte Spiritus, adesto propitius Ecclesiae catholicae, eamque contra inimicorum incursus tua superna virtute robora et confirma, tua caritate et gratia spiritum famulorum tuorum, quos unxisti, renova, ut in te clarificent Patrem Filiumque eius Unigenitum Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 26 aug. 1889; S. Paen. Ap., 14 oct. 1935).

289

O Saint Esprit, divin Esprit de lumière et d'amour, je vous consacre mon intelligence, mon cœur et ma volonté, tout mon être pour le temps et l'éternité. Que mon intelligence soit toujours docile à vos célestes inspirations et à l'enseignement de la sainte Eglise catholique, dont Vous êtes le guide infaillible; que mon cœur soit toujours enflammé de l'amour de Dieu et du prochain; que ma volonté soit toujours conforme à la volonté divine, et que toute ma vie soit une imitation fidèle de la vie et des vertus de notre Seigneur et Sauveur Jésus-Christ,

à qui, avec le Père et vous, soient honneur et gloire à jamais. Ainsi soit-il.

Indulgentia quingentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 1 iun. 1908, exhib. 5 iun. 1908; S. Paen. Ap., 25 maii 1936).

290

Venez, Esprit-Saint, Sanctificateur tout puissant, Dieu d'amour. Vous, qui avez comblé de grâces la Vierge Marie, qui avez prodigieusement transformé les cœurs des Apôtres, qui avez doué d'un miraculeux héroïsme tous vos martyrs, venez nous sanctifier. Illuminez notre esprit, fortifiez notre volonté, purifiez notre conscience, rectifiez notre jugement, embrasez notre cœur et préservez-nous du malheur de résister à vos inspirations. Ainsi soit-il.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 9 apr. 1940 et 5 apr. 1941).

291

O Sancte Spiritus, qui sollemni Pentecostes die repente per dispertitas linguas tamquam ignis in Apostolos descendens, intra caenaculum congregatos, ita eorum mentes illuminasti, eorum animos incendisti, eorumque voluntates roborasti, ut inde per universum mundum proficiscerentur et ubicumque animose fidenterque Iesu Christi doctrinam annuntiarent, eamque suo profuso cruore obsignarent, renova, quae-

sumus, in animas quoque nostras prodigiales gratiae tuae effusiones.

Quanta mentes nostrae ignorantia laborant circa naturam gravitatemque divinarum veritatum, quae obiectum fidei efficiunt, sine qua salutem nemini sperare licet. Quot aberrationes a iusta terrenorum bonorum aestimatione, quae saepius animae ipsimet anteponuntur. Quam saepe corda nostra non — ut debent — Creatoris amore palpitant, sed ignobiliter creaturarum cupidine. Quam saepe falso humani iudicii respectu impellimur, cum debemus Iesu Christi praecepta palam profiteri, eaque sincere et cum rerum etiam iactura in vitae usum deducere. Quanta infirmitas in amplectenda ferendaque sereno libentique animo huius vitae cruce, quae christianum solummodo potest divini Magistri sui discipulum dignum efficere.

O Sancte Spiritus, mentes nostras illumina, corda nostra purifica, voluntatesque nostras redintegra; ita quidem ut infinitum animae nostrae pretium plane cognoscamus, itemque peritura huius mundi bona pro nihilo habeamus; ut Deum supra res omnes adamemus, eiusque amore proximos, quemadmodum nosmet ipsos, diligamus; ut fidem nostram non modo palam demonstrare ne timeamus, sed de eadem potius gloriemur; ut denique non tantum res prospe-

ras sed res etiam adversas quasi de manu Domini accipiamus, confisi prorsus omnia Eum in eorum bonum esse conversurum, qui erga Eum amore ferantur. Fac, quaesumus, ut nos, suavibus gratiae tuae impulsionibus constanter respondentes ac perseveranti animo operantes bonum, amplissimam sempiternae gloriae messem aliquando accipere mereamur. Amen.

Fidelibus, qui die sollemni Pentecostes supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 31 maii 1941).

NOTA. — Oratio ad Spiritum Sanctum recitanda a congregatis ad communia negotia invenitur pag. 524, n. 682.

CAPUT V

AD BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM

Art. I

AD BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM GENERALI MODO INVOCANDAM

I

PRECES IACULATORIAE, INVOCATIONES

292

Fidelibus, sanctissimum MARIAE Nomen devote invocantibus, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pie iteraverint;

Indulgentia plenaria in mortis articulo, si praefatam invocationem saepe in vita recitare consueverint, dummodo confessi ac sacra Communione refecti vel saltem contriti sanctissimum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint et mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint (S. C. Indulg., 5 sept. 1759; S. Paen. Ap., 12 nov. 1932).

293

Dignare me laudare te, Virgo sacrata;
Da mihi virtutem contra hostes tuos.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidiana invocationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 5 apr. 1786; S. Paen. Ap., 28 mart. 1933).

294

Maria, Madre di Dio e Madre di misericordia, pregate per noi e per tutti coloro, che sono morti nel bacio del Signore.

Indulgentia trecentorum dierum (Leo XIII, Audientia 15 dec. 1883; S. Paen. Ap., 4 iun. 1934).

295

Virgo ante partum, ora pro nobis.
Ave Maria.
Virgo in partu, ora pro nobis.
Ave Maria.
Virgo post partum, ora pro nobis.
Ave Maria.

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, invocationi-

bus quotidie per integrum mensem iteratis (S. C. Indulg., 20 maii 1893; S. Paen. Ap., 12 oct. 1934).

296

Domina nostra de Lourdes (a Columna, *aut sub alio titulo ab Auctoritate ecclesiastica probato*), **ora pro nobis.**

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 25 iun. 1902; S. C. Indulg., 9 nov. 1907 et 23 ian. 1907; S. Paenit. Ap., 15 nov. 1927).

297

Mater mea, libera me a peccato mortali.

Ter **Ave Maria.**

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 8 febr. 1900; S. Paen. Ap., 7 ian. 1935).

298

O Maria, benedite questa casa, dove si benedice sempre il vostro Nome.

Viva sempre Maria, l'Immacolata, la sempre Vergine, la benedetta fra le donne, la Madre del Signor nostro Gesù Cristo, la Regina del paradiso.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 26 febr. 1905, exhib. 21 mart. 1905).

299

Maria, speranza nostra, abbi di noi pietà.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 3 ian. 1906, exhib. 8 ian. 1906).

300

Mater amoris, doloris et misericordiae, ora pro nobis.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 14 maii 1908; S. C. Indulg., 30 maii 1908).

301

Sancta Maria, libera nos a poenis inferni.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. S. Officii, 22 ian. 1914; S. Paen. Ap., 28 mart. 1933).

302

Mater mea, fiducia mea.

Indulgentia trecentorum dierum (Benedictus XV, Rescr. *Manu Propr.,* 3 ian. 1917, exhib. 27 ian. 1917).

303

Vergine Maria, Madre di Gesù, fateci santi (S. Giuseppe Benedetto Cottolengo).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 21 iun. 1918 et 25 mart. 1935).

304

Madre di misericordia, prega per noi.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 iul. 1919 et 31 maii 1927).

305

Virgo Dei Genitrix, Maria, deprecare Iesum pro me.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo devota invocationis recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 7 apr. 1921 et 28 mart. 1933).

306

O Maria, fac ut vivam in Deo, cum Deo et pro Deo.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 apr. 1921).

307

Maria, Mater gratiae, Mater misericordiae, Tu nos ab hoste protege et mortis hora suscipe.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, quotidiana invocationis recitatione in integrum mensem producta (S. Paen. Ap., 25 sept. 1933).

308

Recordare, Virgo Mater Dei, dum steteris in conspectu Domini, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertat indignationem suam a nobis (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem invocatio pie recitata fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

309

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 4 febr. 1935).

310

Tu es mea mater, Virgo Maria, defende me ne in aeternum laedam dilectissimum Filium tuum, et fac ut semper et per omnia illi placeam.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 oct. 1935).

311

Benedicta es Tu, Virgo Maria, a Domino Deo excelso, prae omnibus mulieribus super terram (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, prece iaculatoria quotidie per integrum mensem pie repetita (S. Paenit. Ap., 20 maii 1936).

312

Regina mundi dignissima, Maria Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum Salvatorem omnium (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trecentorum dierum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio devote iterata fuerit (S. Paen. Ap., 10 oct. 1936).

313

Trahe me post te, sancta Mater.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 10 oct. 1938).

314

Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix, ut digni efficiamur promissionibus Christi (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, quotidiana invocationis recitatione per integrum mensem producta (S. Paen. Ap., 15 dec. 1940).

315

Sancta Maria, Dei Genitrix Virgo, intercede pro me.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocatio devote iterata fuerit (S. Paen. Ap., 25 febr. 1941).

316

Gaude, Maria Virgo, cunctas haereses sola interemisti in universo mundo.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 30 mart. 1941).

317

O Maria, in amore Tui perseverent filii!

Indulgentia trecentorum dierum (Pius XI, Rescr. *Manu Propr.*, 9 maii 1922, exhib. 12 febr. 1943).

Nota. — Invocatio ad B. M. Virginem ad continentiam postulandam invenitur pag. 547, n. 713.

II
PARVUM OFFICIUM

318

Fidelibus, qui Officium parvum B. M. Virginis devote recitaverint, etsi ad illud persolvendum teneantur, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum pro qualibet hora eiusdem Officii;

Indulgentia decem annorum pro integro Officio;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem totius Officii recitationem persolverint (S. C. Indulg., 17 nov. 1887 et 8 dec. 1897; S. Paenit. Ap., 28 mart. 1935).

III
LITANIAE LAURETANAE

319

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de caelis, Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi, Deus, miserere
Spiritus Sancte, Deus, miserere
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora
Sancta Virgo Virginum, ora
Mater Christi, ora

Mater divinae gratiae, ora pro nobis.
Mater purissima, ora
Mater castissima, ora
Mater inviolata, ora
Mater intemerata, ora
Mater amabilis, ora
Mater admirabilis, ora
Mater boni consilii, ora
Mater Creatoris, ora
Mater Salvatoris, ora
Virgo prudentissima, ora
Virgo veneranda, ora
Virgo praedicanda, ora
Virgo potens, ora
Virgo clemens, ora
Virgo fidelis, ora
Speculum iustitiae, ora
Sedes sapientiae, ora
Causa nostrae laetitiae, ora
Vas spirituale, ora
Vas honorabile, ora
Vas insigne devotionis, ora
Rosa mystica, ora
Turris davidica, ora
Turris eburnea, ora
Domus aurea, ora
Foederis arca, ora
Ianua caeli, ora

Stella matutina, ora pro nobis.
Salus infirmorum, ora
Refugium peccatorum, ora
Consolatrix afflictorum, ora
Auxilium Christianorum, ora
Regina Angelorum, ora
Regina Patriarcharum, ora
Regina Prophetarum, ora
Regina Apostolorum, ora
Regina Martyrum, ora
Regina Confessorum, ora
Regina Virginum, ora
Regina Sanctorum omnium, ora
Regina sine labe originali concepta, ora
Regina in caelum assumpta, ora
Regina sacratissimi Rosarii, ora
Regina pacis, ora

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sani-

tate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia septem annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem litaniae cum versiculo et oratione devote repetitae fuerint (S. C. Indulg., 30 sept. 1817; S. Paen. Ap., 28 mart. 1933; S. Rit. C., 31 oct. 1950).

NOTA. — Versiculus et oratio pro temporis diversitate immutari possunt absque indulgentiarum praeiudicio (S. Paen. Ap., 4 oct. 1949).

IV
CANTICUM, HYMNI ET ANTIPHONAE

320

Magnificat anima mea Dominum:

Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.

(Luc., I, 46).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia quinque annorum, si canticum in festo Visitationis B. M. V. vel quolibet anni sabbato recitatum fuerit.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, cantico quotidie per integrum mensem pie recitato (S. C. Indulg., 20 sept. 1879 et 22 febr. 1888; S. Paen. Ap., 18 febr. 1936 et 12 apr. 1940).

321

Ave maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix caeli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Iesum
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo pia hymni recitatio, quotidie peracta, in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 27 ian. 1888; S. Paen. Ap., 27 mart. 1935).

322

O gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Caeli recludis cardines.

Tu regis alti ianua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptae plaudite.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem hymnus pia mente iteratus fuerit (S. Paen. Ap., 22 nov. 1934).

323

Alma Redemptoris Mater, quae pervia caeli
Porta manes, et stella maris, succurre cadenti,
Surgere, qui curat, populo: tu quae genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum Genitorem,
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidiana antiphonae recitatio per integrum mensem producta fuerit (S. Paen. Ap., 15 febr. 1941).

324

Ave, Regina caelorum,
Ave, Domina Angelorum;
Salve, radix, salve, porta,
Ex qua mundo lux est orta:

Gaude, Virgo gloriosa
Super omnes speciosa,
Vale, o valde decora,
Et pro nobis Christum exora.

(ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, antiphona quotidie per integrum mensem repetita (S. Paen. Ap., 15 febr. 1941).

V

PIA EXERCITIA

325

Fidelibus, qui mense maio pio exercitio in honorem beatae Mariae Virginis *publice* peracto devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia septem annorum quolibet mensis die:

Indulgentia plenaria, si diebus saltem decem huiusmodi exercitio vacaverint et praeterea sacramentalem confessionem instituerint, ad sacram Synaxim accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint.

Iis vero, qui praefato mense preces vel alia pietatis obsequia beatae Mariae Virgini *privatim* praestiterint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum semel, quolibet mensis die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie

per integrum mensem idem obsequium peregerint; at ubi pium exercitium *publice* habetur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (Secret. Mem. 21 mart. 1815; S. C. Indulg., 18 iun. 1822; S. Paenit. Ap., 28 mart. 1933).

326

Fidelibus, qui aliquas preces in honorem B. M. Virginis Nativitatis, Praesentationis, Annuntiationis, Visitationis, Partus Exspectationis, Purificationis, Assumptionis quovis anni tempore pia mente effuderint, cum proposito idem obsequium per novem dies non intermissos praestandi, conceditur:

Indulgentia quinque annorum semel, quolibet die;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, novendiali exercitio expleto (Pius IX, Audientia 3 ian. 1849; S. C. Episc. et Regul., 28 ian. 1850; S. C. Indulg., 26 nov. 1876; S. Paen. Ap., 16 dec. 1935).

Nota. — Quoad alia novendialia exercitia in honorem B. M. Virginis sub variis titulis cfr. nn. 361, 380, 388, 396.

Pium exercitium ad gratias Ssm̃ae Trinitati agendas pro donis et privilegiis B. M. Virgini collatis invenitur pag. 19, n. 47.

327

Fidelibus, qui coram imagine beatae Mariae Virginis ter *Ave Maria* cum invocatione *Sancta Dei Genitrix, ora pro me* vel alia ad libitum devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem huiusmodi pietatis obsequium obtulerint (S. Paen. Ap., 24 maii 1936 et 18 iun. 1949).

VI

ACTUS REPARATIONIS CONTRA BLASPHEMIAS IN B. M. VIRGINEM

328

Gloriosissima Vergine, Madre di Dio e Madre nostra Maria, volgete pietoso lo sguardo verso di noi poveri peccatori, che afflitti da tanti mali, che ci circondano in questa vita, sentiamo lacerarci il cuore nell'udire le atroci ingiurie e bestemmie, lanciate contro di voi, o Vergine immacolata. Oh quanto queste empie voci offendono la maestà infinita di Dio e dell'unigenito suo Figlio, Gesù Cristo! Come ne provocano lo sdegno e quanto ci fanno temere gli effetti terribili della sua vendetta! Che se valesse, ad impedire tanti oltraggi e bestemmie, il sacrifizio della nostra vita, ben volentieri lo faremmo, perchè, Madre nostra santissima, desideriamo amarvi ed onorarvi con tutto il cuore, tale essendo la volontà di Dio. E appunto perchè vi amiamo, faremo quanto è in nostro potere, affinchè siate da tutti onorata ed amata. Voi intanto, Madre nostra pietosa, Sovrana consolatrice degli afflitti, accettate questo atto di riparazione, che vi offriamo in nome nostro e di tutte le nostre famiglie, anche per quelli, che non sapendo ciò che si dicono, empiamente vi

bestemmiano; affinchè impetrandone da Dio la conversione, rendiate più manifesta e gloriosa la vostra pietà, la vostra potenza, la vostra grande misericordia; ed anch'essi a noi si uniscano a proclamarvi la benedetta fra tutte le donne, la Vergine immacolata, la pietosissima Madre di Dio.

Tre **Ave Maria.**

Indulgentia quinque annorum (S. C. Indulg., 21 mart. 1885; S. Paen.ª Ap., 6 apr. 1935 et 10 iun. 1949).

329

In reparationem iniuriarum
in B. M. V. illatarum

Vergine benedetta, Madre di Dio, volgete benigna lo sguardo dal cielo, ove sedete regina, su questo misero peccatore, vostro servo. Esso, benchè consapevole della sua indegnità, a risarcimento delle offese che a voi si fanno da lingue empie e blasfeme, dall'intimo del suo cuore vi benedice ed esalta come la più pura, la più bella e la più santa di tutte le creature. Benedice il vostro santo Nome, benedice le vostre sublimi prerogative di vera Madre di Dio, sempre Vergine, concepita senza macchia di peccato, di corredentrice del genere umano. Benedice l'eterno Padre, che vi scelse in modo particolare per Figlia; benedice il Verbo incarnato, che vesten-

dosi dell'umana natura nel vostro purissimo seno vi fece sua Madre; benedice il divino Spirito, che vi volle sua Sposa. Benedice, esalta e ringrazia la Trinità augusta, che vi prescelse e predilesse tanto da innalzarvi su tutte le creature alla più sublime altezza. O Vergine santa e misericordiosa, impetrate il ravvedimento ai vostri offensori e gradite questo piccolo ossequio dal vostro servo, ottenendo anche a lui, dal vostro divin Figlio, il perdono dei propri peccati. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. S. Officii, 22 ian. 1914; S. Paen. Ap., 4 dec. 1934).

VII
CORONA DUODECIM STELLARUM

330

Lodiamo e ringraziamo la santissima Trinità, che ci esibì Maria Vergine di sole vestita, con la luna sotto ai suoi piedi e con in capo una misteriosa corona di dodici stelle.

℟. In saecula saeculorum. Amen.

Lodiamo e ringraziamo il divin Padre, che per sua Figlia la elesse.

℟. Amen. Pater noster.

Sia lodato il divin Padre, che la predestinò Madre del suo divin Figliuolo.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato il divin Padre, che la preservò da ogni colpa nella sua Concezione.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato il divin Padre, che l'adornò dei maggiori pregi nella sua Natività.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato il divin Padre, che le diè in compagno e sposo purissimo san Giuseppe.

℟. Amen. Ave Maria. Gloria Patri.

Lodiamo e ringraziamo il divin Figliuolo, che per sua Madre la scelse.

℟. Amen. Pater noster.

Sia lodato il divin Figlio, che si incarnò nel suo seno e vi stette nove mesi.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato il divin Figlio, che da lei nacque e fu nutrito del suo latte.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato il divin Figlio, che nella sua puerizia volle essere da lei educato.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato il divin Figlio, che le rivelò i misteri della redenzione del mondo.

℟. Amen. Ave Maria. Gloria Patri.

Lodiamo e ringraziamo lo Spirito Santo, che in sua Sposa la ricevette.

℟. Amen. Pater noster.

Sia lodato lo Spirito Santo, che a lei rivelò il suo nome di Spirito Santo.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato lo Spirito Santo, per opera del quale fu insieme Vergine e Madre.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato lo Spirito Santo, per virtù del quale fu tempio vivo della santissima Trinità.

℟. Amen. Ave Maria.

Sia lodato lo Spirito Santo, dal quale fu in cielo esaltata sopra tutte le creature.

℟. Amen. Ave Maria. Gloria Patri.

(S. Giuseppe Calasanzio).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem corona repetita fuerit (S. C. Indulg., 8 ian. 1838 et 17 aug. 1898; Pius IX, Audientia 17 mart. 1856; S. Paen. Ap., 28 mart. 1934 et 12 iun. 1949).

VIII

PRECES

331

a)

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariae,

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

Ave Maria.

℣. Ecce ancilla Domini,

℟. Fiat mihi secundum verbum tuum.

Ave Maria.

℣. Et Verbum caro factum est,
℟. Et habitavit in nobis.
Ave Maria.
℣. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

b)

Regina caeli laetare, alleluia:
Quia quem meruisti portare, alleluia,
Resurrexit, sicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.
℣. Gaude et laetare, Virgo Maria, alleluia,
℟. Quia surrexit Dominus vere, alleluia.

Oremus.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum laetificare dignatus es: praesta quaesumus, ut per eius Genitricem Virginem Mariam perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Brev. Rom.*).

Fidelibus, qui cum primo diluculo, tum meridiano tempore, tum sub vesperam vel cum primum postea potuerint, precationem *Angelus Domini* cum statutis versiculis et oratione, aut tempore paschali antiphonam *Regina caeli* item cum usitata oratione, aut demum quinquies salutationem angelicam *Ave Maria* devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia decem annorum quoties id egerint;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem persolverint (S. Paen. Ap., 20 febr. 1933).

IX

ORATIONES

332

Salve, Regina, mater misericordiae, vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevae; ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsilium ostende, o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia septem annorum, singulis mensis maii diebus.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit.

Almighty and merciful God, who didst bestow upon blessed Curé of Ars wonderful pastoral zeal and gread fervour for prayer and penance, grant, we beseech Thee, that by his example and intercession, our parish priests may be able to gain the souls of their brethren for Christ, and with them attain to everlasting glory. Through the same Christ Lord. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 26 ian. 1949).

XI

INDULGENTIAE « TERRAE SANCTAE »

673

Fidelibus, super se deferentibus vel in domo sua decenter retinentibus cruces, crucifixos, coronas, parvas statuas, numismata aliaque pietatis obiecta, quae Terrae Sanctae loca aut sacras Reliquias ibidem existentes tetigerunt, conceduntur Indulgentiae, quae communiter appellantur « Terrae Sanctae » quaeque eaedem sunt ac Indulgentiae *Apostolicae* (Innocentius XI, Const. *Unigeniti,* 28 ian. 1688 ; S. C. Indulg., 4 iun. 1721 et 18 aug. 1895; S. Paen. Ap., 12 iun. 1923 et 26 ian. 1932).

Nota. — Indulgentiae *Apostolicae* dicuntur eae, quas Summus Pontifex impertitur fidelibus, qui retinent aliquam ex coronis, rosariis, crucibus, crucifixis, parvis statuis ac numismatibus ab eodem Summo Pontifice vel a sacerdote facultate pollente benedictis. Unusquisque Summus Pontifex suum edit harum Indulgentiarum elenchum.

XII

PRO SANCTAE MISSAE MINISTRANTIBUS

674

Fidelibus, qui sacerdoti, eucharisticum Sacrificium celebranti, devote ministraverint, conceditur :

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 13 maii 1937).

XIII
PRECES
POST PRIVATAE MISSAE CELEBRATIONEM RECITANDAE

675

Ter Ave, Maria.

Salve, Regina.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, refugium nostrum et virtus, populum ad te clamantem propitius respice, et intercedente gloriosa et immaculata Virgine Dei Genitrice Maria cum beato Ioseph eius Sponso, ac beatis Apostolis tuis, Petro et Paulo, et omnibus Sanctis, quas pro conversione peccatorum, pro libertate et exaltatione sanctae Matris Ecclesiae preces effundimus, misericors et benignus exaudi. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Sancte Michaël Archangele, defende nos in praelio, contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium: Imperet illi Deus, supplices deprecamur, tuque, Princeps militiae caelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perdi-

tionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen.

Fidelibus, qui has preces post privatae Missae celebrationem, cui devote adstiterint, simul cum sacerdote ac flexis genibus recitaverint, conceditur:

Indulgentia decem annorum (S. Rituum Congr., 6 ian. 1884 et 24 nov. 1915; S. Paen. Ap., 30 maii 1934).

Praeterea, si addatur ter: **Cor Iesu sacratissimum, miserere nobis:**

Indulgentia septem annorum (S. C. Indulg., 17 iun. 1904; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

XIV

ADSISTENTIA PRIMAE MISSAE NEO-SACERDOTUM ET DEOSCULATIO EORUMDEM PALMARUM

676

a) Fidelibus, qui primae Missae alicuius sacerdotis devote adstiterint, conceditur:

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria, si sint consanguinei eiusdem neo-sacerdotis ad tertium usque gradum inclusive et praeterea suorum peccatorum veniam obtinuerint, caelestem Panem sumpserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. C. Indulg., 16 ian. 1886; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

b) Iis vero, qui palmas neo-sacerdotum tum die ordinationis sacerdotalis tum die primae Missae devote deosculati fuerint, conceditur:

Indulgentia centum dierum (S. Paen. Ap., 29 dec. 1934).

Nota. — Indulgentiae pro sacerdote primum Sacrum faciente inveniuntur pag. 565, n. 742.

XV
DEOSCULATIO ANULI SUMMI PONTIFICIS, CARDINALIUM, EPISCOPORUM ET PRAEFECTORUM APOSTOLICORUM

677

Fidelibus, devote deosculantibus anulum :

a) Summi Pontificis, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum;

b) EE. PP. Cardinalium :

Indulgentia centum dierum;

c) Exc. Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Praefectorum Apostolicorum :

Indulgentia quinquaginta dierum (S. C. S. Officii, 18 mart. 1909; S. Paen. Ap., 29 dec. 1934 et 21 nov. 1945).

XVI
SIGNUM CRUCIS

678

Fidelibus, quoties Crucis forma cum Ssmae Trinitatis invocatione : *In Nomine Patris,* etc., devote se signaverint, conceditur :

Indulgentia trium annorum.

Quoties vero idem cum aqua benedicta peregerint, conceditur :

Indulgentia septem annorum (Breve Ap., 28 iul. 1863 et 23 mart. 1866; S. Paen. Ap., 10 febr. 1935 et 14 iun. 1949).

XVII
RENOVATIO VOTORUM BAPTISMALIUM

679

Fidelibus, qui, in fine Missionum vel Exercitiorum Spiritualium, vel quolibet anni tempore, piae caeremoniae in paroecialibus aliisque ecclesiis de Ordinariorum licentia et iuxta eorumdem normas formulasque ab ipsis ap-

probatas peragendae, in qua solemniter promissiones in susceptione Baptismatis emissae denuo nuncupentur, devote adstiterint, conceditur:

Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem peregerint, sacram Communionem susceperint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. C. Indulg., 27 febr. 1907; S. Paen. Ap., 21 iun. 1927).

NOTA. — Ad exemplum, sequens proponitur formula:

Abrenuntio Satanae et omnibus pompis eius et omnibus operibus eius, et promitto me Christo fideliter adhaesurum.

XVIII

PRECES AD AUXILIUM DIVINUM ANTE QUAMLIBET ACTIONEM IMPLORANDUM

680

Oratio

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni et adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 14 dec. 1934).

681

Pium exercitium

Fidelibus, qui prima anni die cantui hymni *Veni, Creator* in ecclesiis vel in publicis aut (pro legitime utentibus) semipublicis oratoriis, ad divinam opem pro totius anni cursu implorandam, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione,

sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 10 aug. 1936).

682

Oratio

ante sessionem ad communia negotia pertractanda

Adsumus, Domine Sancte Spiritus, adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter congregati. Veni ad nos et esto nobiscum et dignare illabi cordibus nostris; doce nos quid agamus, quo gradiamur et ostende quid efficere debeamus, ut, te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto solus suggestor et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et eius Filio nomen possides gloriosum.

Non nos patiaris perturbatores esse iustitiae qui summam diligis aequitatem; non in sinistrum nos ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personae corrumpat; sed iunge nos tibi efficaciter solius tuae gratiae dono, ut simus in te unum et in nullo deviemus a vero; quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, ut et hic a te in nullo dissentiat sententia nostra et in futurum pro bene gestis consequamur praemia sempiterna. Amen.

Indulgentia quinque annorum (S. Paen. Ap., 8 mart. 1934 et 20 maii 1949).

XIX
PRECES PRO GRATIARUM ACTIONE

683
Oratio

Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 14 dec. 1934).

684
Hymnus Ambrosianus

a) Fidelibus, qui, ad grates pro acceptis beneficiis Deo agendas, hymnum Ambrosianum *Te Deum laudamus* devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia quinque annorum.

b) Iis vero, qui ultima anni die eiusdem hymni cantui interfuerint in ecclesiis vel publicis aut (pro legitime utentibus) semipublicis oratoriis, ad gratias Deo referendas pro beneficiis totius anni decursu acceptis, conceditur :

Indulgentia decem annorum ;

Indulgentia plenaria, si peccatorum veniam obtinuerint, eucharisticam Mensam participaverint et ad Summi Pontificis mentem preces fuderint (S. Paen. Ap., 10 aug. 1936).

685
Pia exercitia

a) Fidelibus, qui pio exercitio, ad grates Ssmae Trinitati pro acceptis beneficiis agendas, necnon ad opem divinam implorandam, postrema exeuntis et prima exorientis

anni semihora *publice* peracto, devote interfuerint et ad mentem Summi Pontificis oraverint, conceditur :

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione et sacra Communione.

Si vero hoc pium exercitium, per aliquod tantum temporis spatium immediate ante et post mediam noctem *privatim* compleverint, conceditur :

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus; at ubi hoc pium exercitium *publice* peragitur, huiusmodi indulgentia ab iis tantum acquiri potest, qui legitimo detineantur impedimento quominus exercitio publico intersint (Breve Ap., 5 dec. 1876; S. Paen. Ap., 9 dec. 1932).

b) Fidelibus, qui sibi proposuerint peragere pium exercitium gratiarum actionis pro bonis a Deo humano generi collatis, ad dies singulos (a Dominica usque ad sabbatum) accomodatum, iuxta formulam ab Auctoritate ecclesiastica approbatam, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum semel quolibet hebdomadae die;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per quatuor continuas hebdomadas pium exercitium expleverint (S. C. S. Officii, 6 maii 1909).

XX

PSALMI GRADUALES ET PAENITENTIALES

686

Fidelibus, qui Psalmos Graduales vel Septem Psalmos Paenitentiales pie recitaverint, conceditur :

Indulgentia septem annorum (S. Pius V, Bulla *Quod a Nobis,* 9 iul. 1568 et *Superni Omnipotentis Dei,* 15 apr. 1571; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

XXI
LITANIAE SANCTORUM

687

a) Fidelibus, qui in festo S. Marci Ev. vel in feriis Rogationum in ecclesiis vel publicis oratoriis peculiari sacrae functioni, quae hisce diebus celebrari solet, devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia decem annorum;

Indulgentia plenaria, si peccatorum veniam obtinuerint, eucharisticam Mensam participaverint et ad Summi Pontificis mentem preces fuderint.

b) Iis vero, qui praefatis diebus, deficiente memorata sacra functione, Litanias Sanctorum devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia septem annorum.

c) Iis vero, qui ceteris anni diebus easdem Litanias pie recitaverint, conceditur :

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem iteraverint (S. Paen. Ap., 10 iul. 1935 et 21 mart. 1941).

XXII
ORATIO MENTALIS

688

Fidelibus, qui saltem per horae quadrantem orationi mentali vacaverint, conceditur :

Indulgentia quinque annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem idem, ut supra, peregerint (Benedictus XIV, Breve Ap., 16 dec. 1746; S. Paen. Ap., 19 iun. 1933).

XXIII

EXERCITIA SPIRITUALIA ET MENSTRUUS SECESSUS

689

a) Fidelibus, qui Exercitiis Spiritualibus communiter vacaverint, et sacris concionibus devote interfuerint, conceditur :

Indulgentia septem annorum pro qualibet ex praedictis sacris concionibus;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si tertiam saltem earumdem concionum partem devote audierint.

b) Iis vero, qui menstruum Secessum communiter habendum participaverint, conceditur :

Indulgentia decem annorum (S. Paen. Ap., 26 iun. 1937 et 8 iul. 1939).

XXIV

CONSCIENTIAE EXAMEN

690

Fidelibus, qui suam conscientiam excusserint et peccata sua sincere detestati fuerint cum proposito se emendandi, conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem idem, ut supra, peregerint (S. Paen. Ap., 16 nov. 1938).

XXV

PRECES AD PECCATORUM VENIAM PETENDAM

691

Confiteor Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaëli Archangelo, bea-

to Ioanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Fidelibus, qui, suorum peccatorum conscii, animo vere contrito se coram Deo uti peccatores sincere recognoverint, atque propriam reitatem humili hac confessione professi, orationibus beatae Mariae Virginis totiusque Curiae caelestis enixe se commendaverint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum.

Iis vero, qui, spiritum sanctae Matris Ecclesiae sequuti, hanc confessionem Deo fecerint antequam sacram Synaxim sumant, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 30 dec. 1940).

XXVI

ADSISTENTIA EVANGELII EXPLICATIONI ALIISQUE SACRIS CONCIONIBUS

692

a) Fidelibus, qui diebus dominicis et sollemnioribus festis explicationi Evangelii, quae in Missa locum habet, attente ac devote adstiterint, conceditur:

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria bis in mense, si bis saltem per mensem praefatae explicationi, ut supra, interfuerint et praeterea peccata sua sacramentali paenitentia expiaverint, caelesti Pabulo enutriti fuerint et ad Summi Pontificis mentem oraverint.

b) Quoties sacram concionem attente ac devote audierint, conceditur:

Indulgentia quinque annorum.

c) Iis vero, qui sacris concionibus Quadragesimae, Adventus et sacrarum Missionum devote interfuerint, conceditur:

Indulgentia septem annorum pro qualibet ex praedictis sacris concionibus;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, si tertiam saltem earumdem concionum partem devote audierint (S. C. Indulg., 31 iul. 1756 et 12 dec. 1784; S. Paen. Ap., 8 nov. 1931 et 8 iul. 1939).

XXVII
DOCTRINA CHRISTIANA

693

Fidelibus, qui per mediam circiter horam at non minus quam per tertiam horae partem doctrinae christianae tradendae vel discendae operam dederint, conceditur:

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus bis in mense, si bis saltem per mensem idem, ut supra, praestiterint (Breve Ap., 12 mart. 1930; S. Paen. Ap., 26 maii 1949).

XXVIII
SACRAE SCRIPTURAE LIBRORUM LECTIO

694

a) Fidelibus, qui saltem per horae quadrantem sacrae Scripturae libros cum veneratione divino eloquio debita et ad modum lectionis spiritualis legerint, conceditur:

Indulgentia trium annorum.

b) Iis vero, qui aliquot saltem versiculos Evangelii pia mente perlegerint et praeterea, librum Evangelii

osculando, devote recitaverint unam ex his invocationibus: *Per evangelica dicta deleantur nostra delicta - Evangelica lectio sit nobis salus et protectio - Verba sancti Evangelii doceat nos Christus, Filius Dei,* conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum;

Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem idem, ut supra, peregerint;

Indulgentia plenaria in mortis articulo, si hoc pium exercitium saepe in vita peregerint, dummodo confessi ac sacra Communione refecti vel saltem contriti, sanctissimum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint (S. C. Indulg., 13 dec. 1898; S. Paen. Ap., 22 mart. 1932 et 24 apr. 1945).

XXIX
BENEDICTIO PAPALIS

695

Fidelibus, qui Benedictionem a Summo Pontifice Urbi et Orbi impertitam, etsi ope tantum radiophonica, pie devoteque acceperint, conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 15 iun. 1939).

XXX
LAUDES IN BLASPHEMIARUM REPARATIONEM

696

Dio sia benedetto.

Benedetto il suo santo Nome.

Benedetto Gesù Cristo, vero Dio e vero Uomo.

Benedetto il Nome di Gesù.

Benedetto il suo sacratissimo Cuore.

Benedetto Gesù nel santissimo Sacramento dell'Altare.

Benedetta la gran Madre di Dio, Maria santissima.

Benedetta la sua santa ed immacolata Concezione.

Benedetto il nome di Maria Vergine e Madre.

Benedetto san Giuseppe, suo castissimo Sposo.

Benedetto Iddio nei suoi Angeli e nei suoi Santi.

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia quinque annorum, si publice laudes recitatae fuerint.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana laudum recitatio in integrum mensem producta fuerit (Pius VII, Audientia 23 iul. 1801; S. C. Indulg., 8 aug. 1847 et 2 febr. 1897; S. Rituum Congr., 23 febr. 1921; S. Paen. Ap., 12 dec. 1935).

XXXI
CHRISTIANA SALUTATIO

697

a) ℣. **Laudetur Iesus Christus.**

℟. **Amen,** *vel* **In saecula.**

b) ℣. **Laudetur Iesus et Maria.**

℟. **Hodie et semper.**

c) ℣. **Vive le sacré Cœur de Jésus.**

℟. **Vive le Cœur immaculé de Marie.**

Fidelibus, quoties se invicem salutaverint sub aliqua ex praefatis vel similibus formulis, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum;

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si habitualiter pia praxis servata fuerit (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 30 maii 1908, exhib. 2 maii 1912; S. C. S. Officii, 27 mart. 1913 et 26 iun. 1913; S. Paen. Ap., 5 aug. 1936).

XXXII
INDULGENTIA PORTIUNCULAE

698

Si qua peculiari de causa haec Indulgentia semipublicis oratoriis concedenda videatur, eadem unquam ne faveat nisi communitati vel coetui fidelium, in cuius commodum oratoria illa erecta sint.

Ordinariis locorum, parochis et ipsis rectoribus aedium sacrarum, in quibus privilegium insit, facultas esto, si quidem iustis de causis id expedire iudicarint, pro altero mensis augusti die, qui dominicus non sit, substituendi ad Indulgentiam lucrandam, diem dominicum proxime insequentem.

Qui Indulgentiam Portiunculae lucrari cupiat, is admissa sua confiteatur, ab iisque, si opus sit, absolutus, Sacra de altari libet; ecclesiam vel oratorium, privilegio ditata, invisat, precesque ad mentem Summi Pontificis de more fundat, idest saltem sexies *Pater, Ave* et *Gloria* in unaquaque earum visitationum, quas ad Indulgentiam iterum iterumque impetrandam rite peragat (ex Decreto S. Paenit. Ap., 10 iulii 1924, circa Normas in concedenda et lucranda Indulgentia Portiunculae. — Cfr. *Acta Ap. Sedis,* vol. XVI, pag. 345).

Omnes Ecclesiae cathedrales ac paroeciales, ac praeterea aliae ecclesiae aliaque oratoria — pro quibus, in amplioribus praesertim paroeciis, ex prudenti locorum Ordinarii arbitrio, fidelium commodum id postulare videatur — a Sacra Paenitentiaria Apostolica, per suppli-

cem libellum ab Ordinario commendatum, Portiunculae privilegium obtinere possunt (S. Paen. Ap., 1 maii 1939; cfr. *Acta Ap. Sedis*, vol. XXXI, pag. 226).

XXXIII
ORATIO PRO FIDEI CONSERVATIONE

699

O Redentore mio, sarebbe mai venuto quel terribile momento, in cui non rimarranno che pochi cristiani animati dallo spirito della fede? Quel momento in cui il provocato vostro sdegno ci toglierà la vostra protezione? I vizi, il mal costume dei vostri figliuoli hanno oggimai irrevocabilmente mossa a vendetta la vostra giustizia? O autore e consumatore di nostra fede, vi scongiuriamo nell'amarezza del nostro cuore contrito ed umiliato a non permettere che il bel lume della fede in noi si spenga. Ricordatevi delle antiche vostre misericordie, gettate uno sguardo compassionevole sulla vigna che avete piantato con la vostra destra, e che fu annaffiata dal sudore degli Apostoli, irrigata dal sangue prezioso di mille e mille martiri, dalle lagrime di tanti generosi penitenti e fecondata dalle preghiere di tanti confessori e vergini innocenti. O divin Mediatore, guardate quelle anime zelanti, che a voi sollevandosi incessantemente vi pregano per il mantenimento del più

prezioso tesoro, la vera fede. Arrestate, o Dio giusto, arrestate la sentenza del nostro rigetto, sviate lo sguardo vostro dai nostri vizi e fissatelo sul Sangue adorabile, che versato sulla Croce ci acquistò la salute e giornalmente la domanda per noi, sui nostri altari. Deh! conservateci nella vera fede cattolica romana. Ci affliggano pure le malattie, ci consumino i dispiaceri, ci opprimano gl'infortuni: ma conservateci la vostra santa fede; perchè, ricchi di questo dono prezioso, volentieri sopporteremo ogni dolore e niente potrà alterare la nostra felicità. Per contrario senza il sommo tesoro della fede la nostra sventura sarebbe indicibile e immensa! O buon Gesù, autore di nostra fede, conservatecela pura; teneteci fermi dentro la navicella di Pietro, fedeli ed ubbidienti al suo successore e vostro Vicario qui in terra, acciocchè l'unità della Santa Chiesa sia conservata, la santità promossa, la Sede Apostolica libera e protetta e la Chiesa universale dilatata a vantaggio delle anime. O Gesù, autore di nostra fede, umiliate e convertite i nemici della vostra Chiesa, concedete a tutti i re e principi cristiani ed a tutto il popolo fedele la pace e la vera unità, confortateci e manteneteci tutti nel vostro santo servizio, affinchè per voi viviamo ed in voi moriamo. Ah! Gesù, autore di nostra fede, per voi

io viva e per voi io muoia. Così sia (S. Clemente Hofbauer).

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (S. C. Indulg., 11 apr. 1888; S. Paen. Ap., 10 iul. 1933).

XXXIV
ORATIO PRO DIEI FESTI SANCTIFICATIONE

700

Gloriosissimo Patriarca san Giuseppe, impetrate, vi supplichiamo, da nostro Signore Gesù Cristo copiosissime benedizioni sopra tutti i santificatori del giorno festivo; e fate che i profanatori, mentre sono in tempo, conoscano il gran male che commettono ed i castighi che si attirano nella vita presente e nella futura e prontamente si convertano. O fedelissimo san Giuseppe, Voi che foste in tutti i giorni della vostra vita così fedele osservante della legge di Dio, fate che venga presto il giorno, nel quale tutto il popolo cristiano, nei giorni festivi, si astenga da ogni lavoro proibito, attenda seriamente alla salvezza dell'anima sua e dia gloria a Dio, che vive e regna in tutti i secoli dei secoli. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 30 maii 1905, exhib. 1 dec. 1905; S. Paen. Ap., 17 maii 1935).

XXXV
PRECES PRO PACE

701
Preces

Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi Tu, Deus noster.

℣. Fiat pax in virtute tua,

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem preces devote recitatae fuerint (S. C. Indulg., 18 maii 1848; S. Paen. Ap., 15 apr. 1934).

702
Oratio

Da, Domine, propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturba-

tione securi. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem pie repetita (S. C. S. Officii, 5 aug. 1915; S. Paen. Ap., 10 iun. 1927 et 3 mart. 1932).

703

Oratio

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: « Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis », ne respicias peccata nostra sed merita tua, et concede omnibus famulis tuis, ut quos creavit Pater omnipotens atque gubernat, quosque Tu pretioso Sanguine redemisti et ad vitam aeternam destinasti, omnes alterutrum toto corde propter te diligentes, cor unum fiant et perenni tua pace laetentur. Domine Iesu Christe, de quo cecinit Propheta: « Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei », regnum tuum ad genus humanum universum extende. Super omnes homines fidei tuae lumen immitte, a passionum illecebris vinculisque eos libera, atque ad caelestia dirige: et concede propitius, ut civitates nationesque per immaculatam Sponsam tuam Ecclesiam sanctam coniunctae, beatissima Virgine Maria Regina Pacis intercedente, tibi humillime famulentur; et ex omnibus

linguis et populis unus existat chorus, qui, die ac nocte, te laudet, te benedicat, te exaltet, o Rex gentium et dominator earum, o Princeps pacis, o saeculorum Rex immortalis. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (Breve Ap., 25 aug. 1923; S. Paen. Ap., 16 febr. 1932).

704

Oratio

Deus, auctor pacis et amator, quem nosse, vivere, cui servire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos; ut qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem oratio pia mente recitata fuerit (S. Paen. Ap., 28 nov. 1934).

Nota. — Invocatio ad Iesum pro pace invenitur p. 35, n. 82, ad I. Ch. Regem, pag. 174, n. 268.

XXXVI

PRECES PRO FAMILIARUM CONSECRATIONE

705

Consecratio Ssmo Cordi Iesu

O sacratissimum Cor Iesu, Tu beatae Margaritae Mariae desiderium regnandi super christianas familias pandisti: ecce ut tibi placeamus

adsumus hodie, ut plenum tuum super nostram familiam imperium proclamemus. Volumus deinceps tuam vitam vivere, volumus in sinu familiae nostrae florere virtutes, quibus Tu in terris pacem promisisti, volumus longe arcere a nobis spiritum mundi, quem Tu damnasti. Tu regnabis in mente nostra fidei nostrae simplicitate, in corde nostro tui solius amore, quo flagrabit erga te et cuius vivam servabimus flammam frequenti divinae Eucharistiae receptione. Dignare, Cor divinum, nobis praeesse in unum convenientibus, benedicere negotiis spiritualibus et temporalibus, arcere molestias, sanctificare gaudia, poenas levare. Si quando misere quis nostrum in tantam aerumnam inciderit ut te affligat, fac in memoriam illi redigas, Cor Iesu, te cum peccatore, quem paenitet, plenum esse bonitatis et misericordiae. Et quum hora separationis insonuerit et mors in familiae nostrae sinum luctum intulerit, nos omnes, sive abeuntes sive manentes, tuis aeternis decretis nos subiiciemus. Hoc erit nobis solatio, animo recogitare venturum esse diem, in quo tota familia nostra, in caelo coniuncta, tuam gloriam, tua beneficia in aeternum cantare poterit. Dignetur Cor immaculatum Mariae, dignetur gloriosus Patriarcha sanctus Ioseph tibi hanc consecrationem offerre,

eiusque vivam in nobis singulis diebus vitae nostrae conservare memoriam.

Vivat Cor Iesu, Regis et Patris nostri!

a) Membris familiae, die, qua primum fit familiarum consecratio Ssmo Cordi Iesu, si supra relatam orationem coram imagine eiusdem Ssmi Cordis recitaverint, conceditur :

Indulgentia septem annorum;

Indulgentia plenaria, si insuper suetas adimpleverint conditiones.

b) Ipsis familiae membris singulis annis qua die consecratio renovatur, si eamdem orationem coram Ssmi Cordis Iesu imagine recitaverint, conceditur :

Indulgentia trium annorum;

Indulgentia plenaria, si praeterea suetas adimpleverint conditiones (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 19 maii 1908, exhib. 15 iun. 1908 · Benedictus XV, litteris diei 27 apr. 1915; S. Paen. Ap., 10 dec. 1923 et 18 mart. 1932).

Nota. — Easdem Indulgentias suetis conditionibus lucrari possunt membra aliorum institutorum (communitatis religiosae, paroeciae, collegii, scholae, etc.), tum die qua primum fit instituti consecratio, tum singulis annis qua die eadem renovatur, dummodo aliquam adhibeant formulam ab Ordinario approbatam (S. Paen. Ap., 30 dec. 1923).

706

Consecratio sacrae Familiae I. M. I.

O Gesù, Redentore nostro amabilissimo, che venuto ad illuminare il mondo con la dottrina e con l'esempio, la maggior parte della vita vostra voleste passare umile e soggetto a Maria e a Giuseppe nella povera casa di Nazareth, santificando quella Famiglia che doveva essere

l'esempio di tutte le famiglie cristiane, accogliete benigno la nostra, che ora a voi si dedica e consacra. Voi proteggetela, Voi custoditela e stabilite in essa il santo timor vostro, la pace e la concordia della cristiana carità: affinchè uniformandosi al divino modello della vostra Famiglia, possa conseguire tutta intera, nessuno escluso, l'eterna beatitudine.

Maria, Madre di Gesù e Madre nostra, con la vostra pietosa intercessione rendete accetta a Gesù questa umile offerta ed otteneteci le sue grazie e benedizioni.

O san Giuseppe, custode santissimo di Gesù e di Maria, assisteteci con le vostre preghiere in ogni spirituale e temporale necessità; affinchè possiamo con Maria e con voi eternamente benedire il divin nostro Redentore Gesù.

Tre **Pater, Ave, Gloria.**

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem devote repetita (S. Paen. Ap., 1 iun. 1923 et 20 oct. 1935).

707

Oratio

Dio di bontà e di misericordia, alla vostra paterna protezione noi raccomandiamo la nostra famiglia, la nostra casa e quanto ci appartiene. Noi affidiamo tutto al vostro amore, e questa

nostra casa Voi riempitela delle vostre benedizioni, come con la vostra presenza riempiste la santa Casa di Nazareth.

Tenete lontano da essa innanzi tutto il peccato e Voi soltanto regnatevi con la vostra legge, col vostro santissimo amore e con l'esercizio di ogni cristiana virtù. Che ciascuno di noi vi obbedisca, vi ami e si studi di ricopiare in se stesso i vostri esempi, quelli di Maria, vostra e nostra Madre amorosa, e quelli dell'illibatissimo vostro custode, san Giuseppe.

Allontanate da noi e dalla nostra casa i mali e le sventure, ma fateci sempre rassegnati al vostro divino volere anche nei dolori, con i quali vi piacesse visitarci. Concedeteci infine di vivere nella perfetta concordia e nella piena carità verso il prossimo e fate che ognuno di noi meriti, con una santa vita, il conforto dei santi Sacramenti nell'ora della morte. O Gesù, benediteci, proteggeteci.

O Maria, madre di grazia e di misericordia, proteggeteci contro lo spirito maligno, riconciliateci col vostro Figliuolo, raccomandateci a lui, affinchè diveniamo degni delle sue promesse.

San Giuseppe, padre putativo del nostro Salvatore, custode della sua santissima Madre, capo della sacra Famiglia, siate il nostro intercessore,

benedite e proteggete in ogni tempo la nostra abitazione.

San Michele, difendeteci contro tutte le arti maligne dell'inferno.

San Gabriele, fateci intendere la santa volontà di Dio.

San Raffaele, preservateci dalle malattie e dai pericoli della vita.

Santi Angeli Custodi, manteneteci giorno e notte sul cammino della salute.

Santi Avvocati, pregate per noi presso il trono di Dio.

Sì, benedite questa casa Voi, Dio Padre, che ci avete creato; Voi, divino Figliuolo, che avete per noi patito in Croce, e Voi, Spirito Santo, che ci avete nel battesimo santificati. Che Dio nelle tre Persone sue preservi il nostro corpo, purifichi la nostra anima, guidi il nostro cuore e ci conduca alla vita eterna.

Gloria sia al Padre, gloria al Figliuolo, gloria allo Spirito Santo! Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (S. C. Indulg., 19 ian. 1889; S. Paen. Ap., 2 mart. 1933).

708

Oratio

Defende, quaesumus Domine, beata Maria, semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam; et toto corde tibi prostra-

tam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per integrum mensem oratio quotidie recitata fuerit (S. Paen. Ap., 27 nov. 1934).

XXXVII

ORATIO PRO BONIS SCRIPTIS PRELO EDENDIS

709

O gloriosissimo Apostolo delle genti, san Paolo, che con tanto zelo vi adoperaste per distruggere in Efeso quegli scritti, che ben conoscevate avrebbero pervertito le menti dei fedeli: deh! vogliate anche al presente rivolgere su di noi benigno lo sguardo. Voi vedete come una stampa miscredente e senza freno si attenti a rapirci dal cuore il tesoro prezioso della fede e della illibatezza dei costumi. Illuminate, ve ne preghiamo, o santo Apostolo, le menti di tanti perversi scrittori, acciocchè desistano di recar danno alle anime con le loro ree dottrine e perfide insinuazioni; movete i loro cuori a detestare il male, che essi fanno all'eletto gregge di Gesù Cristo. A noi poi impetrate la grazia che, docili sempre alla voce del Supremo Gerarca, non ci diamo mai alla lettura di scritti perversi, ma cerchiamo invece di leggere e, per

quanto ci sarà dato, di diffondere quelli che con il loro pascolo salutare aiutino tutti a promuovere la maggior gloria di Dio, l'esaltazione della sua Chiesa e la salute delle anime. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. C. S. Officii, 10 dec. 1908 et 23 ian. 1909; S. Paen. Ap., 4 mart. 1931).

XXXVIII

INVOCATIO IN CONFICIENDIS VEL REFICIENDIS SACRARUM AEDIUM SUPELLECTILIBUS AC LITURGICIS VESTIBUS RECITANDA

710

Iesu, via, veritas et vita, miserere nobis.

Fidelibus, qui in conficiendis vel reficiendis sacrarum aedium supellectilibus ac liturgicis vestibus, cum privatim tum in institutis, hoc consilio conditis, operam suam gratuito praestant, quoties supra relatam invocationem, dum in huiusmodi opus incumbunt utque illud sanctius efficiant, devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 2 iun. 1933 et 14 iun. 1949).

XXXIX

ORATIO PRO STATUS ELECTIONE

711

O mio Dio, Tu che sei il Dio della sapienza e del consiglio, Tu che leggi nel mio cuore la retta volontà di piacere a te solo ed anche di regolarmi, riguardo alla mia scelta dello stato, conforme in tutto ai tuoi santissimi desiderii;

concedimi, per l'intercessione della Ssma Vergine, Madre mia, e dei miei Santi protettori, la grazia di conoscere quale stato io devo prendere, e conosciuto, di abbracciarlo, affinchè io possa cercare ed accrescere in esso la tua gloria, operare la mia salute e meritarmi quel premio celeste, che Tu hai promesso agli esecutori del tuo divino volere. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 2 maii 1905, exhib. 6 maii 1905; S. Paen. Ap., 18 maii 1937).

XL

PRECES AD CONTINENTIAM POSTULANDAM

712

Invocatio

Fiat, Domine, cor meum immaculatum, ut non confundar.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 10 oct. 1934).

713

Invocatio

Munda cor et corpus meum, sancta Maria.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 15 dec. 1935).

714

Oratio

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine; ut tibi casto corpore servia-

mus et mundo corde placeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem oratio devote iterata fuerit (S. Paenit. Ap., 6 ian. 1935).

715

Oratio

Da, quaesumus, omnipotens aeterne Deus, ut per integerrimam virginitatem purissimae Virginis Mariae, puritatem mentis et corporis consequamur. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 27 mart. 1936).

Nota. — Aliae invocationes ad continentiam postulandam inveniuntur nn. 354, 358, 387.

XLI

ORATIO AD GRATIAM PIE VIVENDI OBTINENDAM

716

Concede mihi, misericors Deus, quae tibi sunt placita, ardenter concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, et perfecte adimplere ad laudem et gloriam Nominis tui.

Ordina, Deus meus, statum meum; et quod a me requiris, ut faciam, tribue ut sciam; et da exsequi sicut oportet et expedit animae meae.

Da mihi, Domine Deus meus, inter prospera

et adversa non deficere, ut in illis non extollar, et in istis non deprimar. De nullo gaudeam vel doleam, nisi quod ducat ad te, vel abducat a te. Nulli placerè appetam, vel displicere timeam nisi tibi.

Vilescant mihi, Domine, omnia transitoria, et cara mihi sint omnia aeterna. Taedeat me gaudii quod est sine te, nec aliud cupiam quod est extra te. Delectet me, Domine, labor, qui est pro te; et taediosa sit mihi omnis quies, quae est sine te.

Da mihi, Deus meus, cor meum ad te dirigere, et in defectione mea cum emendationis proposito constanter dolere.

Fac me, Domine Deus meus, obedientem sine contradictione, pauperem sine deiectione, castum sine corruptione, patientem sine murmuratione, humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, maturum sine gravedine, agilem sine levitate, timentem te sine desperatione, veracem sine duplicitate, operantem bona sine praesumptione, proximum corripere sine elatione, ipsum aedificare verbo et exemplo sine simulatione.

Da mihi, Domine Deus, cor pervigil, quod nulla abducat a te curiosa cogitatio: da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio: da rectum, quod nulla seorsum obliquet sinistra intentio: da firmum, quod nulla frangat tribula-

tio: da liberum, quod nulla sibi vindicet violenta affectio.

Largire mihi, Domine Deus meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te quaerentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placentem, perseverantiam fidenter te exspectantem, et fiduciam te finaliter amplectentem. Da tuis poenis hic affligi per paenitentiam, tuis beneficiis in via uti per gratiam, tuis gaudiis in patria perfrui per gloriam: Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen (S. Thomas Aquinas).

Indulgentia trium annorum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit (S. C. Indulg., 17 ian. 1888; S. Paen. Ap., 31 iul. 1936).

XLII

PRECES CONTRA PERSECUTORES ECCLESIAE

717

Invocatio

Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris, te rogamus, audi nos (ex *Rituali Rom.*).

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 1 sept. 1936).

718

Oratio

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte: ut, destructis adversitatibus

et erroribus universis, secura tibi serviat libertate. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem devote iterata (S. Paen. Ap., 9 mart. 1934).

Nota. — Oratio pro Ecclesia ad B. V. Mariam invenitur n. 412.

XLIII
ORATIO TEMPORE TERRAEMOTUS

719

Deus, qui fundasti terram super stabilitatem suam, suscipe preces populi tui: ac trementis terrae periculis penitus amotis, divinae tuae iracundiae terrores in humanae salutis remedia converte; ut qui de terra sunt, et in terram revertentur, gaudeant se fieri sancta conversatione caelestes. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 20 dec. 1932).

XLIV
TEMPORE CUIUSLIBET TRIBULATIONIS

720

Invocatio

Respice, Domine, ad humilitatem nostram et non deseras nos in tempore tribulationis.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 20 ian. 1941).

721

Invocatio

Merito haec patior, Domine, quia peccavi!

Fidelibus, qui in suis tribulationibus et angustiis sive spiritualibus sive temporalibus supra relatum humilitatis actum devote elicuerint, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 28 mart. 1941).

722

Oratio

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 20 ian. 1941).

723

Oratio

Deus, refugium nostrum et virtus, populum ad te clamantem propitius respice atque flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 7 apr. 1941).

XLV
TEMPORE CUIUSCUMQUE CALAMITATIS

724
Invocatio

A periculis cunctis, libera nos, Domine.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 18 iun. 1949).

725
Oratio

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis et corporis, ut ea, quae pro peccatis nostris patimur, te adiuvante vincamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 10 mart. 1939).

726
Preces

Adiuva nos, Deus salutaris noster, et propter gloriam Nominis tui libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter Nomen tuum.

℣. Propter gloriam Nominis tui libera nos,

℟. Et propitius esto peccatis nostris propter Nomen tuum.

Oremus.

Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi, et qui iuste pro peccatis nostris af-

fligimur, pro gloria Nominis tui misericorditer liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Indulgentia trium annorum (S. C. Indulg., 8 nov. 1849; S. Paen. Ap., 14 iun. 1935 et 12 maii 1949).

PARS II

IN FAVOREM QUORUMDAM PERSONARUM CQETUUM

I

INVOCATIO A CANDIDATIS AD SACERDOTIUM RECITANDA

727

O bone Iesu, fac ut sacerdos fiam secundum Cor tuum.

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 11 febr. 1924; S. Paen. Ap., 18 iun. 1949).

II

PRECES A CLERICIS OMNIBUS ALIISQUE IN SPEM ECCLESIAE GRADIENTIBUS RECITANDAE

728

Invocatio

Indue me, Domine, novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Amen.

Omnibus, qui in Seminariis, Collegiis et Asceteriis in spem Ecclesiae instituuntur, atque omnibus cuiuslibet gradus et ordinis clericis, quotiescumque, in assumendo de more superpelliceo, se cruce signent et uti supra exorent, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 1 dec. 1907).

729

Invocatio

Cor Iesu, caritatis victima, fac me tibi hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 13 maii 1937).

730

Invocatio

Sancte Aloisi, clericorum exemplar et praesidium, ora pro me.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 15 apr. 1941).

731

Recitatio divini Officii coram Ssmo Sacramento

Clericis omnibus, inde a prima tonsura, necnon novitiis et studentibus quorumcumque Institutorum religiosorum, sive qui forte ex proprii Instituti constitutionibus, sive etiam qui nullo adhuc titulo ad divini Officii recitationem adstringantur, si integrum memoratum Officium, etsi in partes distributum, coram Ssmo Sacramento, seu publicae adorationi solemniter exposito seu etiam in sacro tabernaculo adservato, pie recitaverint, eaedem conceduntur indulgentiae ac clericis in sacris constitutis, ut infra n. 736 *a*) et *b*) (S. Paen. Ap., 31 mart. 1937).

732

Clericis in sacris ordinandis die receptionis alicuius Ordinis maioris conceditur :

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 18 dec. 1939).

III

PRECES A CLERICIS IN SACRIS CONSTITUTIS ET A SACERDOTIBUS RECITANDAE

A) *Ad vitam sancte ducendam*

733

Oratio

Iesu dilectissime, qui ex singulari benevolentia me prae millenis hominibus ad tui sequelam et ad eximiam Sacerdotii dignitatem vocasti, largire mihi, precor, opem tuam divinam ad officia mea rite obeunda. Oro te, Domine Iesu, ut resuscites hodie et semper in me gratiam tuam, quae fuit in me per impositionem manuum episcopalium. O potentissime animarum medice, sana me taliter, ne revolvar in vitia; et cuncta peccata fugiam tibique usque ad mortem placere possim. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum semel in die (S. C. Indulg., 14 aug. 1884; S. Paen. Ap., 19 iun. 1933).

734

Oratio

ad gratiam servandae castitatis implorandam

Domine Iesu Christe, sponse animae meae, deliciae cordis mei, imo cor meum et anima mea, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque

obtestor, ut mihi des servare fidem a me tibi solemniter datam in receptione Subdiaconatus. Ideo, o dulcissime Iesu, abnegem omnem impietatem, sim semper alienus a carnalibus desideriis et terrenis concupiscentiis, quae militant adversus animam, et castitatem te adiuvante intemerate servem.

O sanctissima et immaculata Maria, Virgo virginum et Mater nostra amantissima, munda in dies cor meum et animam meam, impetra mihi timorem Domini et singularem mei diffidentiam.

Sancte Ioseph, custos virginitatis Mariae, custodi animam meam ab omni peccato.

Omnes sanctae Virgines, divinum Agnum quocumque sequentes, estote mei peccatoris semper sollicitae, ne cogitatione, verbo aut opere delinquam et a castissimo Corde Iesu unquam discedam. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 16 mart. 1889; S. Paen. Ap., 4 maii 1932).

B) *Ad propria sacra munia rite obeunda*

735

Oratio ante divini Officii recitationem

Aperi, Domine, os meum ad benedicendum Nomen sanctum tuum; munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus; intellectum illumina, affectum inflamma,

ut digne, attente ac devote hoc Officium recitare valeam, et exaudiri merear ante conspectum divinae Maiestatis tuae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Domine, in unione illius divinae intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persolvo (ex *Brev. Rom.*).

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 17 nov. 1933).

Eamdem indulgentiam lucrari possunt fideles, qui ante divinum Officium, quovis titulo recitatum, supra relatam orationem pie recitaverint (S. Paen. Ap., 3 dec. 1949).

736

Recitatio divini Officii coram Ssmo Sacramento

a) Clericis in sacris constitutis, qui integrum divinum Officium, quamvis in partes distributum, coram Ssmo Sacramento, sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem instituerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. Paen. Ap., 23 oct. 1930).

b) Iis vero, qui divinum Officium coram Ssmo Sacramento, ut supra, ex parte tantum recitaverint, conceditur:

Indulgentia quingentorum dierum pro unaquaque, ut dicunt, hora canonica (S. Paen. Ap., 18 maii 1933).

c) Iisdem autem clericis, qui divinum Officium in alias preces commutatum rite obtinuerint, si preces eiusmodi coram Ssmo Sacramento, uti supra, devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 7 nov. 1932).

737

Oratio post divini Officii recitationem

Sacrosanctae et individuae Trinitati, Crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati, beatissimae et gloriosissimae semperque Virginis Mariae fecundae integritati, et omnium Sanctorum universitati sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita saecula saeculorum. Amen.

℣. **Beata viscera Mariae Virginis quae portaverunt aeterni Patris Filium,**

℟. **Et beata ubera quae lactaverunt Christum Dominum** (ex *Brev. Rom.*).

Pater *et* **Ave.**

Indulgentia trium annorum[1] (S. Paen. Ap., 1 dec. 1933).

Eamdem indulgentiam acquirere possunt fideles, qui post divinum Officium, quovis titulo recitatum, supra relatam orationem devote recitaverint (S. Paen. Ap., 3 dec. 1949).

---

[1] Clericis in sacris constitutis et sacerdotibus, qui, expleto Officio divino, supra relatam orationem flexis genibus, nisi aliquod obstet impedimentum, recitaverint, Leo X defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit (S. C. Indulg., 26 iul 1855).

738

Oratio ad sancte et fructuose concionandum

Da mihi, Domine, et mitissimam et sapientem eloquentiam, qua nesciam inflari et de tuis bonis super fratres extolli. Pone, quaeso, in ore meo verbum consolationis et aedificationis et exhortationis per Spiritum Sanctum tuum, ut et bonos valeam ad meliora exhortari, et eos, qui adverse gradiuntur, ad tuae rectitudinis lineam revocare verbo et exemplo. Sint verba, quae dederis servo tuo, tamquam acutissima iacula et ardentes sagittae, quae penetrent et incendant mentes audientium ad timorem et amorem tuum. Amen (S. Anselmus, Ep. Conf. Doct.).

Indulgentia quingentorum dierum, si oratio ante verbi divini praedicationem recitata fuerit (S. C. Indulg., 12 iul. 1907; S. Paen. Ap., 13 iul. 1934).

IV

PRECES A SACERDOTIBUS RECITANDAE

A) *Ad obtinendam vitae sanctitatem*

739

Invocatio

O bone Iesu, fac ut sim sacerdos secundum Cor tuum.

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 11 febr. 1924).

740

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, humilitatis meae preces benignus intende, et me famulum tuum, quem nullis suffragantibus meritis, sed immensa clementiae tuae largitate caelestibus mysteriis servire tribuisti, dignum sacris altaribus fac ministrum, ut quod mea voce depromitur, tua sanctificatione firmetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen (ex *Missali Rom.*).

Indulgentia trium annorum.
Indulgentia plenaria suetis conditionibus, oratione quotidie per integrum mensem repetita (S. Paen. Ap., 15 nov. 1936).

741

Oratio

Adiuvet nos gratia tua, omnipotens Deus, ut qui officium sacerdotale suscepimus, digne ac devote tibi in omni puritate et conscientia bona famulari valeamus. Et si non possumus in tanta innocentia vitae conversari, ut debemus, concede nobis tamen digne flere mala, quae gessimus, et in spiritu humilitatis ac bonae voluntatis proposito tibi ferventius de cetero deservire. Per Christum Dominum nostrum. Amen (*De Imit. Chr.*, l. IV, c. XI, n. 7).

Indulgentia quingentorum dierum (S. Paen. Ap., 15 nov. 1936).

742

Pro primae Missae celebratione

Sacerdotibus primum Sacrum facientibus conceditur: *Indulgentia plenaria,* si praeterea peccata sua sacramentali paenitentia expiaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint (S. C. Indulg., 16 ian. 1886).

Nota. — Indulgentiae pro fidelibus, qui primae Missae alicuius sacerdotis adstiterint, quique eiusdem palmas deosculati fuerint, inveniuntur pag. 521, n. 676.

743

Orationes a sacerdotibus ante et post propriam sacramentalem confessionem recitandae

a) *Ante confessionem*

Suscipe confessionem meam, piissime ac clementissime Domine Iesu Christe, unica spes salutis animae meae; et da mihi, sacerdoti tuo, obsecro, contritionem cordis et lacrimas oculis meis, ut defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas cum humilitate et puritate cordis. Domine Deus meus, suscipe preces meas. Salvator mundi, Iesu bone, qui te crucis morti dedisti, ut peccatores salvos faceres, respice me miserum peccatorem invocantem Nomen tuum, et noli sic attendere malum meum, ut obliviscaris bonum tuum; et si commisi unde me damnare potes, Tu non amisisti unde salvare soles. Parce ergo mihi, qui es salvator meus et miserere pec-

catrici animae meae. Solve vincula eius, sana vulnera. Emitte igitur, piissime Domine, meritis purissimae et immaculatae semper Virginis Genitricis tuae Mariae, quam tuis praesertim sacerdotibus in Matrem reliquisti, et Sanctorum tuorum, lucem tuam, veritatem tuam in animam meam, quae omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, de quibus confiteri me oportet, atque iuvet et doceat ipsos plene et contrito corde explicare: Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

b) *Post confessionem*

Sit tibi, Domine, obsecro, meritis beatae semper Virginis Genitricis tuae Mariae et omnium Sanctorum, grata et accepta ista confessio mea; et quidquid mihi defuit nunc et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessionis, suppleat pietas et misericordia tua et secundum illam digneris me habere plenius et perfectius absolutum in caelo: Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 19 aug. 1882; S. Paen. Ap., 18 sept. 1936).

744

Formula consecrationis sacerdotum
Ssmo Cordi Iesu

Domine Iesu, Redemptor noster amantissime et Sacerdos in aeternum, nos supplices tuos, quos appellare amicos et sacerdotii tui participes facere dignatus es, propitius respice. Tui sumus; tui perpetuo esse volumus: ideo sacratissimo Cordi tuo, quod tamquam unicum salutis perfugium laboranti humano generi ostendisti, dedicamus nos hodie totos et addicimus. Tu, qui sacerdotibus, Cordis tui cultoribus, uberes divini ministerii fructus promisisti, fac nos, quaesumus, idoneos in vinea tua operarios, vere humiles et mites, spiritu devotionis et patientiae plenos, ita flagrantes amore tui, ut eumdem caritatis ignem in animis fidelium excitare et fovere non cessemus. Nostra igitur corda incendio tui Cordis innova, ut iam nihil aliud studeamus, quam tuam promovere gloriam et animas tibi lucrari, quas pretioso Sanguine redemisti. Miserere, Pastor bone, praesertim sacerdotum, fratrum nostrorum, si qui, ambulantes in vanitate sensus sui, te et dilectam Sponsam tuam, Ecclesiam, lacrimabili defectione contristarunt. Concede nobis ad tuum complexum eos reducere, aut certe ipsorum expiare delicta, resarcire dam-

na, et dolorem, quo te afficiunt, amoris nostri consolatione minuere. Sine, denique, te quisque nostrum exoret his Augustini verbis: O dulcis Iesu, vivas Tu in me, et concalescat spiritu meo vivus carbo amoris tui, et excrescat in ignem perfectum; ardeat iugiter in ara cordis mei, ferveat in medullis meis, flagret in absconditis animae meae; in die consummationis meae consummatus inveniar apud te, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trium annorum.

Indulgentia septem annorum die quo menstruus Secessus habetur.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus in fine cursus Spiritualium Exercitiorum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*. 17 aug. 1908, exhib. 14 nov. 1908; S. Paen. Ap., 24 oct. 1935).

745

Oratio ad S. Ioannem Ap. et Ev.

Congaudemus tibi, beate Ioannes, qui, privilegio amoris praecipui, ceteris discipulis altius honoratus es a Christo Iesu: dignus habitus, qui supra pectus eius in coena recumberes, et cui Matrem ipse suam moriturus commendaret. Scimus, id te meruisse propter specialem praerogativam castitatis; quia virgo electus a Domino, virgo in aevum permansisti. Ita, quum fluenta Evangelii de ipso dominici pectoris fonte

potasses, uberius et sublimius aliis de Christi divinitate locutus es; quumque de ipso divini Cordis incendio amoris flammam concepisses, non miramur te unum discipulum Iesu patienti adhaesisse individuum comitem, ac deinceps talia scripsisse, ut merito appellatus sis caritatis Apostolus. Decet enimvero nos, qui, divinae bonitatis munere, ministri Christi sumus et dispensatores mysteriorum Dei, intueri te, tamquam propositum nobis ad imitandum exemplar: decet autem te, quod supplices quaesumus, nobis apud Iesum et Mariam adesse patronum proprium et peculiarem. Fac igitur, ut digne ambulemus vocatione, qua vocati sumus; praesertim, ut ea, qua par est, mentis et corporis puritate, sacerdotalia obeamus munia; incensi studio divinae gloriae, intimam familiaritatem sacratissimi Cordis Iesu consequamur, et Virginem sanctissimam, datam de Cruce nobis omnibus post te Matrem, perstudiosae pietatis officiis, quemadmodum Tu fecisti, recreemus. Denique praesta, ut post mortalem vitam inter seniores numeremur, quos vidisti amictos vestimentis albis sedere circa thronum Agni immaculati, qui dignus est accipere honorem, benedictionem et gloriam in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus in festo S. Ioannis Ap. et Ev. (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 9 iul. 1908, exhib. 22 oct. 1908).

746

Oratio a sacerdotibus recitanda anniversario die ex quo ad sacram Ordinationem provecti sunt

Amabilissime Iesu, hodie, anniversario die, ex quo, miseria mea non obstante, ex impulsu bonitatis tuae me ad sacerdotalem dignitatem evehere dignatus es, meque ministrum tuum reddere ac nuntium dispensatoremque sublimium sapientiae et gratiae mysteriorum tuorum, meus animus tum iucunditate, amore grataque memoria erga te afficitur ob acceptum singulare beneficium, tum etiam maestitia ac dolore affligitur, quandoquidem non debita ratione, non debito modo huic muneri respondi. Menti meae, praeterita respicienti tempora, lux refulgens, sed obumbrata tenebris, occurrit; Tu vero, o Iesu, tam in luce tua, quam in tenebris meis ob misericordiam tuam enites, meoque ex pectore gloriae hymnus exsultans depromitur.

O Domine, dum indignitatem meam humiliter agnosco ac deploro, perenne infinitae bonitatis tuae auxilium enixe deprecor, qua adiutus vitam meam ad sublime munus mihi commissum conformare queam, qua illuminatus uberiores cotidie fructus Redemptionis tuae hominibus im-

pertire possim, qua denique roboratus hoc mortale iter digne persequi valeam, usque dum postremus dies elucescat, quo, terrena peregrinatione peracta, fatigatum caput in sinum tuum reclinem, tuaque luce ac pace iugiter perfruar.

Sanctissima Virgo, quae in Calvaria iuxta Crucem per dilectum discipulum Ioannem sacerdotes omnes in maternam tutelam tuam excepisti, deprecare pro me.

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Paen. Ap., 8 ian. 1939).

B) *Ad sacra munera, sibi commissa, sancte persolvenda*

747

Preces in Missali Romano pietati sacerdotum propositae ut dicendae, pro eorum opportunitate, ante Missae celebrationem

a)

Ant.: **Ne reminiscaris, Domine,** *etc.*

Ps. 83: **Quam dilecta tabernacula tua,** *etc.*

Ps. 84: **Benedixisti, Domine, terram tuam,** *etc.*

Ps. 85: **Inclina, Domine, aurem tuam,** *etc.*

Ps. 115: **Credidi,** *etc.*

Ps. 129: **De profundis clamavi ad te, Domine,** *etc.*

Ant.: **Ne reminiscaris, Domine,** *etc.*

Kyrie eleison, *etc.* **Pater noster,** *etc.*

Versiculi: **Ego dixi, Domine,** *etc.*

Orationes: **Aures tuae pietatis,** *etc.*

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria, si per integrum mensem praedictae preces quotidie recitatae fuerint, additis confessione sacramentali et oratione ad Summi Pontificis mentem.

b)

Orationes S. Ambrosii per singulos hebdomadae dies dispertitae: **Summe Sacerdos,** *etc.*

Oratio S. Ambrosii: **Ad mensam dulcissimi convivii,** *etc.*

Oratio ad B. M. V.: **O Mater pietatis,** *etc.*

Preces ad S. Ioseph: **O felicem virum,** *etc.*

Oratio ad omnes Angelos et Sanctos: **Angeli, Archangeli,** *etc.*

Oratio ad Sanctum, in cuius honorem Missa celebratur: **O Sancte** ***N.*****, ecce ego,** *etc.*

Indulgentia trium annorum pro qualibet ex praefatis orationibus (S. C. Indulg., 20 dec. 1884, 17 febr. 1883 et 4 febr. 1877; S. Paen. Ap., 3 oct. 1936).

Nota. — Quoad orationem S. Thomae Aq. : *Omnipotens sempiterne Deus,* cfr. pag. 84, n. 158.

748

a) Sacerdotibus, qui orationes, in Missali Romano eorum pietati propositas ut dicendas cum sacerdotalibus induuntur paramentis, devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia centum dierum pro singulis orationibus.

b) Eadem Indulgentia conceditur Episcopis, qui orationes, ab ipsis dicendas quando in pontificalibus celebrant, devote recitaverint (S. Paen. Ap., 14 ian. 1940).

749

Formula intentionis ante Missam

Ego volo celebrare Missam et conficere Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi iuxta ritum sanctae Romanae Ecclesiae ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curiae triumphantis, ad utilitatem meam totiusque Curiae militantis, pro omnibus, qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, ac pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitae, spatium verae paenitentiae, gratiam et consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (Gregorius XIII: S. Paen. Ap., 12 iul. 1935).

750

Preces in Missali Romano sacerdotibus propositae post Missae celebrationem vel iuxta rubricas recitandae vel pro eorum opportunitate dicendae.

a)

Ant.: **Trium puerorum,** *etc.*

Canticum: **Benedicite omnia opera Domini Domino,** *etc.*

Ps. 150: **Laudate Dominum in sanctis,** *etc.*

Ant.: **Trium puerorum,** *etc.*

Kyrie eleison, *etc.* **Pater noster,** *etc.*

Versiculi: **Confiteantur tibi, Domine,** *etc.*

Orationes: **Deus, qui tribus pueris,** *etc.*

Indulgentia quinque annorum.

Indulgentia plenaria, si per integrum mensem praedictae preces quotidie recitatae fuerint, accedente sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

b)

Oratio S. Bonaventurae: **Transfige, dulcissime Domine,** *etc.*

Oratio ad B. M. V.: **O Maria, Virgo et Mater sanctissima,** *etc.*

Oratio ad Sanctum, in cuius honorem Missa celebrata est: **Sancte** ***N.*****, in cuius honorem,** *etc.*

Orationes S. Alfonsi M. de Lig. per singulos hebdomadae dies dispertitae: **Amantissime Iesu,** *etc.*

Indulgentia trium annorum pro qualibet ex praefatis orationibus (S. C. Indulg., 20 dec. 1884; S. Paen. Ap., 16 nov. 1917 et 3 oct. 1936).

Nota. — Quoad orationem S. Thomae Aq.: *Gratias tibi ago,* etc. v. pag. 86, n. 160; rhythmum: *Adoro te devote,* etc., v. pag. 92, n. 166; invocationes: *Anima Christi,* etc., v. pag. 73, n. 131; orationem S. Ignatii de Loyola: *Suscipe, Domine,* etc., v. pag. 21, n. 52; orationem: *Virginum Custos,* etc., v. pag. 347, n. 473.

751

Oratio post Missae celebrationem

Obsecro te, dulcissime Domine Iesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar: vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter: aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum: mors tua sit mihi vita indeficiens, crux tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exsultatio, sanitas et dulcedo cordis mei: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trium annorum[1] (S. C. Indulg., 11 dec. 1846).

752

Alia oratio post Missae celebrationem

O serenissima Virgo et Mater Domini nostri Iesu Christi, quae in tuo sacratissimo utero portare meruisti ipsum rerum omnium Creatorem, cuius sacratissimum Corpus et Sanguinem recepi, apud ipsum pro me intercedere digneris, ut quidquid per ignorantiam, negligentiam, irre-

---

[1] Sacerdotes, qui post Missae sacrificium, praefatam orationem rite dispositi ac, nisi impediantur, genuflexi recitaverint, remissionem defectuum et culparum in eo litando ex humana fragilitate contractarum consequentur (S. C. S. Officii, 29 aug. 1912).

verentiamque in hoc ineffabili Sacramento omisi vel commisi, idem dilectus Filius tuus, sanctissimis tuis precibus exoratus, condonare dignetur. Amen.

Indulgentia trium annorum (Pius XI, Rescr. *Manu Propr.*, 18 oct. 1926, exhib. 6 nov. 1926; S. Paen. Ap., 15 iun. 1937).

753

Oratio a confessariis recitanda antequam ad sacramentales fidelium confessiones excipiendas assideant

Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut sciam iudicare populum tuum in iustitia, et pauperes tuos in iudicio. Fac me ita tractare claves regni caelorum, ut nulli aperiam cui claudendum sit, nulli claudam cui aperiendum. Sit intentio mea pura, zelus meus sincerus, caritas mea patiens, labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa, asperitas non severa; pauperem ne despiciam, diviti ne aduler. Fac me ad alliciendos peccatores suavem, ad interrogandos prudentem, ad instruendos peritum. Tribue, quaeso, ad retrahendos a malo solertiam, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam: in responsis maturitatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in implexis sagacitatem, in arduis victoriam: inutilibus colloquiis ne deti-

near, pravis ne contaminer: alios salvem, meipsum non perdam. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. Indulg., 27 mart. 1854; S. Paen. Ap., 12 maii 1933).

754

Sacerdotibus, qui sedula cura et effusa caritate aegrotis adstiterint vel eos, si proximi sint ad mortem, ad christiane moriendum adiuverint, conceditur :

Indulgentia decem annorum (S. Paen. Ap., 20 dec. 1940).

V

PRECES A RELIGIOSIS RECITANDAE

755

Invocatio

Cor Iesu, caritatis victima, fac me tibi hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.

Religiosis, qui supra relatam invocationem recitaverint, cum intentione religiosorum votorum observantiam impensius provehendi, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 27 febr. 1907; S. Paen. Ap., 3 febr. 1931).

756

Votorum religiosorum renovatio

Religiosis cuiusvis Ordinis et Congregationis, qui post sanctam Missam celebratam vel post sacram Communionem susceptam, vota religiosa saltem corde contrito privatim renovaverint, conceditur :

Indulgentia trium annorum (S. Paen. Ap., 10 apr. 1937).

757

Oratio

Seigneur Jésus, par les mérites et les prières de la Vierge Marie, de saint *N.* (*nom du Saint selon les Ordres*) **et de tous les saints Fondateurs, répandez sur moi, sur mes frères et sur les religieux du monde entier l'esprit de foi, de sacrifice, d'oraison, d'humilité, de docilité et de charité. Faites, ô mon Jésus, que cette charité soit vraiment surnaturelle et universelle, intelligente et patiente, joyeuse et fructueuse. Ainsi soit-il.**

Indulgentia quingentorum dierum (S. C. S. Officii, 1 febr. 1912; S. Paen. Ap., 10 apr. 1934).

758

Recitatio divini Officii coram Ssmo Sacramento

a) Monialibus aliisque piis mulieribus in communitate viventibus, quae ex proprii Instituti constitutionibus ad quotidianam divini Officii recitationem tenentur, si integrum divinum Officium, etsi in partes distributum, coram Ssmo Sacramento, sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia plenaria, si praeterea admissa sua confessae fuerint, caelestem Panem sumpserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. Paen. Ap., 5 dec. 1930).

b) Iis vero ex praedictis mulieribus, quae divinum Officium coram Ssmo Sacramento, ut supra, ex parte tantum recitaverint, conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum pro unaquaque, ut dicunt, hora canonica (S. Paen. Ap., 18 maii 1933).

VI
PRECES A DOCENTIBUS RECITANDAE

759
Invocatio

Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me, Domine; quia mandatis tuis credidi (Ps. CXVIII, 66).

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 14 maii 1908; S. C. Indulg., 12 sept. 1908).

760
Invocatio

Sedes sapientiae, ora pro nobis.

Docentibus, qui ante scholam Salutationem Angelicam cum supra relata invocatione semel devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 10 nov. 1940).

761
Oratio

O glorieuse vierge et martyre, sainte Catherine, qui, par votre science admirable, votre zèle pour la foi et votre glorieux martyre, avez gagné à Jésus-Christ un si grand nombre d'âmes, Vous dont le patronage a été si souvent reclamé par les plus doctes, nous vous choisis-

sons pour la protectrice et la patronne de nos études et de notre enseignement. Obtenez-nous, à nous qui sommes vos clients, un amour généreux pour Jésus-Christ notre Sauveur, un zèle ardent pour le faire connaître et aimer, un attachement inviolable à la foi catholique et aux enseignements de la sainte Eglise. Que, par votre intercession, le Seigneur daigne accorder à tous ceux qui enseignent, la plénitude des dons du Saint-Esprit; qu'ils unissent à une science vraie la sûreté et l'habileté des méthodes, la pureté de la foi, l'intégrité de la vie et une humble défiance d'eux-mêmes. Demandez à Jésus, votre époux, qu'Il prenne en pitié tous ceux qui sont enseignés; qu'Il les préserve des maîtres impies ou indifférents, des doctrines perverses ou erronées: qu'Il leur donne la rectitude de l'esprit, la docilité du cœur et la grâce de progresser dans leurs études selon les desseins de la souveraine Sagesse. Enfin, ô glorieuse Sainte, sollicitez du Père des lumières une telle effusion de grâces sur l'enseignement de la jeunesse, qu'après avoir étudié, aimé et pratiqué la loi divine, tous ensemble, maîtres et disciples parviennent à la montagne sainte qui est Jésus-Christ. Ainsi soit-il.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 29 apr. 1907; S. Paen. Ap., 10 aug. 1933).

762

Oratio

O glorieuse sainte Catherine, vierge sage et prudente, qui avez mis la science de Jésus-Christ au-dessus de toute science, obtenez-nous de demeurer inviolablement attachés à la foi catholique et de ne chercher, dans nos études et dans notre enseignement, qu'à étendre en nous et dans les autres le règne de Jésus-Christ, notre Seigneur et de la sainte Eglise. Ainsi soit-il.

Indulgentia trecentorum dierum (S. C. Indulg., 29 apr. 1907; S. Paen. Ap., 20 oct. 1935).

VII
PRECES AB IIS, QUI STUDIIS VACANT, RECITANDAE

763

Actus consecrationis

Sub patrocinio tuo, Mater dulcissima, et invocato immaculatae Conceptionis tuae mysterio, studia mea laboresque litterarios prosequi volo: quibus me protestor hunc maxime ob finem incumbere, ut melius divino honori tuoque cultui propagando inserviam. Oro te igitur, Mater amantissima, sedes sapientiae, ut laboribus meis benigne faveas. Ego vero, quod iustum est, pie libenterque promitto, quidquid boni mihi inde

successerit, id me tuae apud Deum intercessioni totum acceptum relaturum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. C. Indulg., 18 nov. 1882; S. Paen. Ap., 5 aug. 1932).

764

Oratio

Creator ineffabilis, qui de thesauris sapientiae tuae tres Angelorum hierarchias designasti et eas super caelum empyreum miro ordine collocasti, atque universi partes elegantissime distribuisti: Tu, inquam, qui verus fons luminis et sapientiae diceris ac supereminens principium, infundere digneris super intellectus mei tenebras tuae radium claritatis, duplices, in quibus natus sum, a me removens tenebras, peccatum scilicet et ignorantiam. Tu, qui linguas infantium facis disertas, linguam meam erudias atque in labiis meis gratiam tuae benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, addiscendi modum et facilitatem, interpretandi subtilitatem, loquendi gratiam copiosam. Ingressum instruas, progressum dirigas, egressum compleas. Tu, qui es verus Deus et Homo, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen (S. Thomas Aquinas).

Indulgentia septem annorum (Pius XI, Litt. Encycl. *Studiorum Ducem,* 29 iun. 1923; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932).

765

Oratio

O sanctissima Virgo Maria, quae Salvatorem Iesum genuisti, Lumen aeternum mundo effudisti, o Mater divinae scientiae, cuius pia intercessio innumeris mentibus incultis et ignorantibus mirabiliter progredi in scientia et pietate obtinuit, te studiorum meorum praesidem ac patronam eligo.

Per tuam intercessionem, o Mater bonorum studiorum, Spiritus Sanctus animam meam impleat lumine et fortitudine, prudentia et humilitate: det mihi voluntatem rectam, intelligentiam, memoriam, facilitatem sufficientem, docilitatem praesertim mentis et cordis, ut in omnibus, secundum divinae Sapientiae consilia, progredi possim.

Defende me, o bona Mater, adversus spiritum superbiae, praesumptionis, vanae curiositatis et inconstantiae; praeserva me ab omni scandalo, ab omni errore, ab iis omnibus qui possent fidem meam corrumpere, luciditatem intellectus, puritatem cordis, pacem animae meae turbare.

Fac, o Maria, ut, sub tuo patrocinio, semper submissus directionibus et doctrinis sanctae Ecclesiae, Matris meae, cum securitate, fortitudine et constantia incedere possim in viam veritatis

et virtutis, et tandem pervenire ad cognitionem, amorem et aeternam possessionem Iesu Christi, Domini nostri, Filii tui. Amen.

Indulgentia quingentorum dierum (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 26 apr. 1907; exhib. 27 apr. 1907; S. Paen. Ap., 18 sept. 1933).

VIII

INVOCATIO AB IIS, QUI VEL MENTE VEL MANU OPERANTUR, RECITANDA

766

Fidelibus, quoties in suis officiis vel laboribus peragendis, proprium animum ad Deum, recitatione alicuius invocationis, erexerint, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 22 mart. 1941).

IX

ORATIO A PUERIS RECITANDA

767

Dulcissime Iesu, qui puer, Nazarae, Mariae et Ioseph subditus, exemplar praeclarum pueris reliquisti pietatis et obedientiae in parentes atque eximiae in omnes reverentiae, fac, piissime rogo, ut semper et in omnibus intueri te studeam, ut crescentibus annis, gratia et amore tui crescam: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (Breve Ap., 25 iun. 1924; S. Paen. Ap., 20 maii 1937).

X

ORATIO A IUVENIBUS RECITANDA

768

O gloriosissimo san Luigi, che dalla Chiesa siete onorato col bel titolo di Giovane angelico per la vita purissima che menaste quaggiù sulla terra, a voi mi presento in questo giorno con tutta la devozione della mente e del cuore. O perfetto esemplare, o benigno e potente patrono della gioventù, quanto ho bisogno di voi! Il mondo e il demonio mi tendono insidie; sento l'ardore delle passioni, conosco la debolezza e la incostanza dell'età mia. Chi mi potrà custodire, se non Voi, o angelico Santo, gloria, decoro, amore e sostegno dei giovani? A voi dunque con tutto l'animo ricorro, a voi con tutto il cuore mi affido. Intendo con ciò, prometto e voglio esservi specialmente devoto, glorificarvi per le vostre eccelse virtù e singolarmente per l'angelica vostra purità, imitare i vostri esempi, promuovere fra i miei compagni la vostra devozione. O mio caro san Luigi, Voi custoditemi, difendetemi sempre, affinchè sotto la vostra protezione, seguendo i vostri esempi, possa un giorno con voi vedere e benedire il mio Dio per tutti i secoli in paradiso. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, si per integrum mensem quotidie oratio devote recitata fuerit (S. C. Indulg., 12 iun. 1894; S. Paen. Ap., 29 iun. 1933).

XI

ORATIO A CONIUGIBUS PRO SEMETIPSIS SACRATISSIMO CORDI IESU FUNDENDA

769

Sacratissimum Cor Iesu, Rex et centrum omnium cordium, habita et regna in cordibus nostris et fac per gratiam tuam, ut nosmetipsos invicem caste et vere diligamus sicut Tu immaculatam tuam Sponsam, Ecclesiam, dilexisti ac temetipsum pro ea tradidisti.

Concede nobis mutuam illam caritatem et christianam indulgentiam tibi summopere acceptissimam, mutuamque in tolerandis defectibus nostris patientiam; persuasum enim habemus nullam creaturam iisdem carere. Noli permittere ut vel minimum detrimentum capiat plena ac suavis illa animorum concordia, fundamentum alterni illius adiutorii in variis plurimisque vitae necessitatibus, quod finem constituit propter quem creata fuit mulier et viro suo inseparabiliter iuncta.

Inter nos, Domine Deus, fac regnet perenne ac sanctum vitae summopere christianae certamen, vi cuius magis magisque divina illa tui

mystici coniugii cum sancta Ecclesia imago illucescat, quam fausto die unionis nostrae in nobis imprimere dignatus fuisti. Praesta, quaesumus, ut bonum vitae nostrae exemplum filiis nostris inservire queat, tamquam potens stimulus ad suam vitam tuae sanctae legi conformandam; ac tandem post hoc exsilium in caelum ascendamus, ubi, favente tua gratia quam enixe exoptamus, simul cum ipsis perpetuo consistere, teque in aeternum laudare ac benedicere mereamur. Amen.

NOTA. — Si coniuges filiis destituuntur, *loco verborum* :

Inter nos, Domine Deus... mereamur. Amen, *haec dicantur:*

Inter nos, Domine Deus, fac regnet perenne ac sanctum vitae summopere christianae certamen, vi cuius magis magisque illucescat divina illa imago, quam fausto die unionis nostrae imprimere dignatus es, scilicet mystici tui coniugii cum sancta Ecclesia, atque ita utrique ad caelum ascendamus teque in aeternum laudare ac benedicere mereamur. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 11 dec. 1923 et 25 nov. 1936).

XII
ORATIO A PARENTIBUS PRO FILIIS RECITANDA

770

Domine Deus, qui nos ad matrimonium advocans, illud efficere fecundum dignatus es, sublimemque hunc statum, in quo a te positi sumus, quadam fecunditatis tuae infinitae imagine laetificas; tibi dilectissimos liberos nostros ardenter commendamus. Ipsos in tua paterna tutela atque omnipotenti patrocinio collocamus, ut semper in sancto tui timore succrescant, vitam penitus christianam traducant, et non solum nobis, qui eis vitam dedimus, sed praesertim tibi, eorumdem Creatori, solatium afferant.

Vide, Domine, ubinam gentium ipsi versantur; vide callida blandimenta quibus undique homines eorum mentes animumque fallacibus doctrinis pravisque exemplis corrumpere conantur. Ad ipsorum auxilium ac defensionem, Domine, vigila; nobisque concede, ut, de permagno periculo quod ante tuam divinam iustitiam prorsus exstat certiores facti, recto nostrae vitae nostrorumque morum exemplo, perfectissima tuae sanctae legis ac Matris Ecclesiae observantia, eos per virtutis ac mandatorum tuorum semitas perducere valeamus; cuncta vero opera nostra inanis evadet nisi Tu, omnipotens et mi-

sericors Deus, tua caelesti benedictione eam fecundam reddideris.

Hanc igitur benedictionem, ex imo corde ac fidentes bonitate magna et favore nobis concessis, a te petimus pro nobis atque filiis quos nobismetipsis donare voluisti. Tibi, Domine, eos consecramus; Tu eos custodi tamquam tuorum oculorum pupillam et sub umbra alarum tuarum eosdem protege, et effice ut una simul cum ipsis ad caelum pervenire valeamus, gratias agentes pro custodia quam, amabilis Pater, totius familiae nostrae habuisti, et te in aeterna saecula laudantes. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 25 nov. 1936).

XIII

ORATIO A FILIIS PRO PARENTIBUS DICENDA

771

Omnipotens sempiterne Deus, qui per arcana tuae ineffabilis providentiae consilia, ad vitam nos vocare dignatus es opera parentum nostrorum pro nobis tuam potestatem referentium, exaudi filialis pietatis orationem quam tibi offerimus pro iis, quibus paternorum tuorum viscerum misericordiam communicasti, ut super nostrum vitae curriculum tuae sanctae ac generosae dilectionis levamen effunderent.

Imple, Domine, singularibus tuis benedictionibus parentes nostros; ipsorum animum tua sancta gratia adauge; praesta ut ipsi fideliter ac semper mystici tui cum Ecclesia connubii imaginem custodiant, quam die suarum nuptiarum in eis sculpsisti. Tui sancti timoris spiritu, qui est sapientiae principium, eosdem reple, et quovis momento ipsis suade ut eumdem in filiis suis infundant atque ita semper in via mandatorum tuorum incedant, utque et in hoc terreno exsilio gaudium ipsorum, et in caelesti patria coronam efformare valeant. Tandem, Domine Deus, effice ut utrique ad extremam senectutem, perpetua mentis et corporis sanitate gaudentes, pervenire queant, ut simul nobiscum, suis filiis, tuas laudes in caelesti patria cantare perenniter mereantur et uberes gratias agant ob magnum donum eisdem oblatum, ipsis concedendo, in hac lacrimarum valle, lumen tuae infinitae fecunditatis tuaeque divinae paternitatis. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Paen. Ap., 25 nov. 1936).

Nota. — Oratio pro parentibus defunctis invenitur pag. 462, n. 598.

XIV

ORATIO A SODALIBUS ACTIONIS CATHOLICAE RECITANDA

772

Domine Iesu, qui nobis contulisti honorem, ut apostolatui hierarchico, licet tenuem, auxiliatricem operam demus, Tu qui caelestem Patrem rogasti, non ut tollat nos de mundo, sed ut servet nos a malo, copiosum concede nobis lumen et robur tuum, quo in nobis spiritum tenebrarum et peccati vincamus, ut — officiorum nostrorum memores, in bonis operibus perseverantes, causae tuae studio inflammati, — impensis viribus recti exempli, precum, sollertiae et supernaturalis vitae, digniores nos cotidie evadamus munere, quod exsequimur, aptiores ad stabiliendum et provehendum inter homines, fratres nostros, regnum tuum iustitiae, amoris et pacis (Pius Pp. XII).

Fidelibus, Actioni Catholicae adscitis, qui supra relatam orationem devote recitaverint, conceditur :

Indulgentia quingentorum dierum;
Indulgentia plenaria, suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem pie persolverint (S. Paen. Ap., 17 nov. 1951).

XV

VISITATIO ECCLESIAE A SURDO-MUTIS EORUMQUE INSTITUTORIBUS PERAGENDA

772 *bis*

Fidelibus surdo-mutis necnon eorum magistris ac institutoribus, qui Dominica XI post Pentecosten quamli-

bet ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria, si praeterea peccatorum veniam obtinuerint, ad sacram Synaxim accesserint et ad mentem Summi Pontificis pie oraverint (S. Paen. Ap., 15 nov. 1943).

APPENDIX

DE INDULGENTIIS QUORUMDAM URBIS PIORUM LOCORUM VISITATIONI ADNEXIS

I

PEREGRINATIO ROMANA

773

Fidelibus, qui ad insigniora almae Urbis sanctuaria peregrinati fuerint, conceditur:

Indulgentia plenaria, die discessus lucranda, si, confessi, ad sacram Synaxim accesserint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint (S. Paen. Ap., 4 apr. 1932).

II

VISITATIO VATICANAE BASILICAE NECNON SEPULCRI ET SIMULACRI S. PETRI AP. IN EADEM BASILICA

774

a) Fidelibus, qui, confessi ac sacra Synaxi refecti, Patriarchalem Basilicam Vaticanam pia mente visitaverint ibique sexies *Pater, Ave* et *Gloria* ad Summi Pontificis mentem in unaquaque visitatione devote recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria quoties id egerint.

b) Fidelibus, qui in Vaticana Basilica ante sepulcrum S. Petri Ap. *Pater, Ave* et *Gloria* in gratiarum actionem Deo pro privilegiis eidem sancto Apostolo concessis ter recitaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum.

c) Iis vero, qui aenei S. Petri Ap. simulacri, in praefata Basilica exsistentis, pedem devote osculati fuerint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint, conceditur:

Indulgentia quinquaginta dierum (Breve Ap., 15 maii 1857; S. Paen. Ap., 18 mart. 1932 et 12 ian. 1935).

III

VISITATIO QUAM DICUNT « SEPTEM ALTARIUM » IN VATICANA BASILICA

775

Fidelibus, qui Septem Altaria in Vaticana Basilica scilicet: 1° Beatae Virginis sub nomine Gregorianae; 2° Ss. Processi et Martiniani; 3° S. Michaëlis Archangeli; 4° S. Petronillae Virg.; 5° B. Mariae Virg. a Columna; 6° Ss. Apostolorum Simonis et Iudae; 7° S. Gregorii Magni, visitaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum pro visitatione singulorum altarium, recitata qualibet ad libitum oratione ad Titularem altaris;

Indulgentia plenaria die festo Titularis altaris, si praedicta forma illud visitaverint et praeterea sacramentalem confessionem peregerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint;

Indulgentia plenaria, si septem altaria, omnia praefato modo, uno die ad normam can. 923 C. I. C., visitaverint, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis (S. Paen. Ap., 2 oct. 1935).

IV

VISITATIO ARCHIBASILICAE LATERANENSIS

776

Fidelibus, qui, confessi ac sacra Communione refecti, Archibasilicam Lateranensem devote visitaverint ibique sexies *Pater, Ave* et *Gloria* ad Summi Pontificis mentem in unaquaque visitatione pie recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria quoties id egerint (Breve Ap., 9 nov. 1939).

V

VISITATIO SACRARUM CUNARUM D. N. I. C. IN BASILICA S. MARIAE MAIORIS

777

Oratio

Vi adoro, Verbo Incarnato, vero Figlio di Dio da tutta l'eternità, e vero Figlio di Maria Vergine nella pienezza dei tempi. Adorando la vostra divina Persona e l'Umanità che vi è unita, mi sento mosso a venerare ancora la povera Cuna, che vi accolse Bambino e fu veramente il primo trono del vostro amore. Possa io prostrarmi dinanzi ad essa con la semplicità dei pastori, con la fede di Giuseppe, con la carità di Maria! Possa anzi inchinarmi a venerare così prezioso monumento della nostra salute con lo spirito di mortificazione, di povertà, di umiltà, col quale Voi, tuttochè Signore del cielo e della terra, vi eleggeste a ricettacolo delle vostre povere membra un presepio! E Voi, o Signore, che ancor pargoletto in questa Cuna degnaste posarvi, degnatevi altresì di versarmi nel cuore una stilla di quella gioia, che dovevano cagionare e la vista della vostra amabile infanzia e i portenti che accompagnarono la vostra nascita; in virtù della quale vi scongiuro in fine di donare a tutto il mondo col buon volere la

pace, e di rendere in nome di tutto il genere umano ogni ringraziamento ed ogni gloria all'eterno vostro Padre, col quale, assieme allo Spirito Santo, vivete e regnate, unico Dio, nei secoli dei secoli. Così sia.

Indulgentia quingentorum dierum (Breve Ap., 1 oct. 1861; S. Paen. Ap., 21 febr. 1933).

VI

VISITATIO SCALAE SANCTAE

778

Fidelibus, qui, Passionem Domini nostri Iesu Christi meditantes, Scalam Sanctam in Urbe flexis genibus ac devote conscenderint, conceditur:

Indulgentia novem annorum pro quolibet gradu, etiamsi ascensio interrumpatur;

Indulgentia plenaria, quoties integram Scalam ascenderint et praeterea peccatorum suorum veniam obtinuerint, eucharisticam Mensam participaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

Eamdem Indulgentiam novem annorum lucrari possunt fideles, qui a festo Omnium Sanctorum usque ad integram Octavam Commemorationis Fidelium defunctorum, a die Natalis Domini usque ad diem Epiphaniae inclusive necnon toto Quadragesimae tempore, unam ex duabus scalis ad dexteram et sinistram Scalae Sanctae positis, flexis genibus, conscenderint (S. C. Indulg., 2 sept. 1817 et 23 iul. 1898; Pius X, Rescr. *Manu Propr.,* 26 febr. 1908; S. Paen. Ap., 6 febr. 1925).

VII

VISITATIO QUAM DICUNT « SEPTEM ECCLESIARUM »

779

Fidelibus, qui unica die ad normam can. 923 C. I. C. pie visitationem peregerint Septem Urbis Basilicarum, scilicet S. Petri in Templo Vaticano, S. Pauli extra moenia, S. Ioannis in Laterano, S. Mariae Maioris, S. Sebastiani, S. Laurentii in agro Verano et S. Crucis in Hierusalem, recitantes in qualibet Basilica quinquies *Pater, Ave* et *Gloria* coram altari Ssmi Sacramenti et semel has easdem preces ad mentem Summi Pontificis, addita quoque aliqua prece ad libitum ad B. V. Mariam atque ad Titularem ecclesiae visitatae, ac substituendo in memoriam Passionis D. N. I. C. in Basilica S. Crucis in Hierusalem orationem ad Titularem cum *Credo* et versiculo *Adoramus te, Christe,* etc., conceditur:

Indulgentia plenaria pro visitatione singularum Basilicarum, additis sacramentali confessione et sacra Communione; ita tamen ut si quod impedimentum, durante pia peregrinatione superveniens a propria voluntate independenter, prohibeat quominus tota et integra peregrinatio, ut in proposito erat, compleri possit, haec interruptio nequaquam privet fidelem iis indulgentiis, quas ratione visitationum absolutarum lucratus iam fuerit (S. Paen. Ap., 15 ian. 1935).

VIII

VISITATIO STATIONALIUM ECCLESIARUM

780

Fidelibus, qui, statis anni diebus, prout in Missali Romano designantur,

a) Stationales Urbis Ecclesias devote visitaverint sa-

crisque functionibus intererint, quae vel matutinis vel vespertinis horis ibidem, ex consuetudine aut ex positiva Ordinarii praescriptione, peraguntur, conceditur :

Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis;

b) in Stationali Ecclesia, ubi nulla locum habuerit publica supplicatio, *Pater, Ave* et *Gloria* quinquies coram Ssmo Sacramento, ter coram Ss. Reliquiis venerationi expositis et semel saltem ad Summi Pontificis intentionem recitaverint, conceditur :

Indulgentia plenaria, si praeterea admissa sua confessi fuerint et caelestem Panem sumpserint;

c) Stationalis Ecclesiae visitationem tantummodo peregerint, recitatis tamen precibus, de quibus supra *b*), conceditur :

Indulgentia decem annorum (S. Paen. Ap., 12 apr. 1932).

IX

VIRGA PAENITENTIALIS

781

Fidelibus, qui quolibet anni die, in Basilicis Lateranensi, Vaticana, Ostiensi et Liberiana, Minores Paenitentiarios adierint, seseque, christianae humilitatis sinceraeque contritionis sensibus animatos, paenitentiali virga tangendos submiserint, conceditur :

Indulgentia trecentorum dierum, semel in die.

Iis vero, qui Emum Cardinalem Paenitentiarium Maiorem, munere suo statutis maioribus hebdomadae diebus in memoratis quattuor Basilicis fungentem, adierint, quique iisdem sensibus animati, paenitentiali virga tangendos se pariter submiserint, conceditur:

Indulgentia septem annorum (S. Paen. Ap., 20 iul. 1942).



INDICES

INDEX PRECUM
QUIBUS INDULGENTIAE ADNEXAE SUNT

(*Numeri ad illos referuntur, qui ordinatim sunt in Collectione*)

Preces iaculatoriæ et invocationes

Orationes

Hymni, Rhythmi, Responsoria et Sequentiae

Psalmi

Litaniae

Officia

INDEX ANALYTICO-ALPHABETICUS

(Numeri ad illos referuntur, qui ordinatim sunt in Collectione)

INDEX GENERALIS

PARS I

IN FAVOREM OMNIUM CHRISTIFIDELIUM

CAPUT I

Ad Deum Unum et Trinum

Caput II

Ad Deum Patrem

Caput III

Ad Deum Filium

Art. I - *Ad Dominum Iesum Christum*

Art. II - *In honorem Ssmi Nominis Iesu*

Art. III - *Ad Iesum Infantem*

Art. IV - *Ad Iesum in Ssm̃o Eucharistiae Sacramento*

Art. VI - *In honorem pretiosissimi Sanguinis Iesu*

Art. VII - *Ad Ssmum Cor Iesu*

Caput V

Ad beatissimam Virginem Mariam

Art. I - *Ad Bm̃am Virginem generali modo invocandam*

Art. II - *Ad B. V. Mariam sine labi originali conceptam*

Art. III - *Ad Bmam Virginem Perdolentem*

Art. IV - *Ad Cor purissimum Mariae*

Art. V - *Ad B. V. Mariam a Sacrm̃o Rosario*

Art. VI - *Ad Bmam Virginem de Monte Carmelo*

Art. VII - *Ad Bmam Virginem sub variis titulis*

CAPUT VI

Ad Angelos

Art. I - *Ad Angelos generali modo invocandos*

Art. II - *Ad Archangelum S. Michaëlem*

Art. III - *Ad Archangelum S. Gabrielem*

Art. IV - *Ad Archangelum S. Raphaëlem*

Art. V - *Ad Angelum proprium Custodem*

Art. VI - *Ad Angelum, qui Iesum in horto olivarum confortavit*

CAPUT VII

Ad Sanctos

Art. I - *In honorem S. Ioannis Baptistae*

Art. II - *In honorem S. Ioseph Sponsi B. M. V.*

Art. III - *In honorem Sanctorum Apostolorum*

Art. IV - *In honorem aliorum Sanctorum*

Caput VIII

Pro fidelibus defunctis

Caput IX

Pro peculiaribus rerum adiunctis

Art. I - *Pro Conventibus Eucharisticis*

Art. II - *Pro vocationibus sacerdotalibus et religiosis*

Art.. V - *Pro sacris Missionibus ad populum*

Art. VI - *Pro bona morte*

Art. VII - *Varia*

PARS II

IN FAVOREM QUORUMDAM PERSONARUM COETUUM

APPENDIX

DE INDULGENTIIS QUORUMDAM URBIS PIORUM LOCORUM VISITATIONI ADNEXIS